



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Qvaestio XLI. De personis in comparatione ad actus notionales in sex
articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82303)

Obi. 6.

Contra eandem concl. argum. Suar. lib. 7. c. 7. A

n. 7. Primò, Forma illa, qua subsistens concipitur, aut est relatiua, aut absoluta, aut abstrahens ab utraque ratione. Primum dici non potest, quia præcisè vltima differentia contrahente non manet forma in tali specie concepta; sed ipsum ad est quasi differentia vltima constituens; ergo præcisè ad, non manet conceptus formæ relatiuæ. Secundum etiam non dicunt, quin potius in eo contradicunt Scoto. Tertium dici non potest; quia non potest dari particulare indiuiduum generis, abstrahens ab omnibus differentiis specificis; hic autem debet concipi personalitas, v.g. patris, vt constituens particulare, & indiuiduum personam; alioquin conceptus ille personæ abstrahentis ab absoluta, & respectiua, de se communis esset omnibus personis etiam creatis. Quòd si ad diuina determinetur ex parte naturæ, communis est omnibus personis; si autem est determinatus ex parte personalitatis, necessarium videtur concipere subsistens relatiuum, & in tali relatione, vt sit conceptus huius personæ, & non alterius. Resp. tertium verum esse. Ad impugnationem, in illo priori concipi rem subsistentem in natura diuina præscindendo à communi & singulari; est enim conceptus ille partialis & imperfectus quoad modum illum, sub quo persona concipitur: argumentum autem procedit de conceptu personæ perfectio.

Sol.

Obi. 7.

Secundò. Vel dicunt relationem constituere subsistentem subsistentia essentiali, vel etiam personali. Non primum; quia in tali conceptu solum relinquitur hic Deus communis tribus personis, qui non potest esse principium quod generat filium; quia & illo non distinguitur. Non secundum, quia subsistentia illa esset incommunicabilis; est autem incommunicabilis solum ratione oppositionis; ergo non nisi ratione relationis, quia oppositio non aliunde provenit; ergo non potest condistingui à relatione sic subsistente propria relationis. Resp. secundum Capr. & Ferrar. relationem in illo priori intelligi constituere subsistens abstrahendo à subsistentia essentiali & personali: sicut etiam concipitur constituere subsistens abstrahendo ab absoluto & respectiuo.

Solus.

CONTRA vltimam argumentatur Vasquez disput. 159. c. 5. sed eius argumenta solum probant personam patris posse concipi ante generationem vt constitutam relatione tanquam forma hypostatica: cuius ratio non est denominatiua, vt ait Vasq. sed essentialis & quidditatiua abstrahens tamen ab absoluto & respectiuo, & idem concludunt argumenta Scoti, ab eodem expostore cap. 1. eiusdem disputationis producta.

QVAESTIO XLI.

De personis in comparatione ad actus notionales, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de personis in comparatione ad actus notionales.

Et circa hoc queruntur sex.

Primò. Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

Secundò. Vtrum huiusmodi actus sint necessarij, vel voluntarij.

Tertiò. Vtrum secundum huiusmodi actus persona procedat de nihilo, vel de aliquo.

Quarò. Vtrum in diuinis sit ponere potentiam, re-

spectu actuum notionalium.

Quintò. Quid significet huiusmodi potentia.

Sextò. Vtrum actus notionales, ad plures personas terminari possint.

Ratio ordinis huius questionis, & articulorum.

AD RELATIONES personarum constitutas sequuntur actus notionales, quibus in hac questione comparantur diuina personæ. Est autem triplex personarum ad actus notionales comparatio. Prima, sumendo personas, & actus secundum se: secunda, quatenus personæ principia sunt ipsorum actuum; tertia, quatenus eorum vltimè termini. De prima comparatione differitur in primo articulo, de secunda verò in secundo, tertio, & quarto, de tertia autem in vltimo. Dicuntur autem, & sunt diuina personæ principia actuum notionalium, ratione principij, quo producant prædictos actus, quod principium potest dupliciter considerari, scilicet in communi & in particulari. Comparantur primo diuina personæ ad actus notionales, quatenus continent eorum principium in communi consideratum in secundo articulo vbi queritur, an persona sit principium per modum naturæ necessariò producens, an per modum voluntatis, non habens ad eos actus habitudinem necessariam. Secundò comparantur quoad rationem principij in particulari dupliciter; primò, vt est principium primum in tertio articulo, vbi agit de primo principio consubstantiali actuum notionalium, quod est essentia: secundò, vt est principium primum, & proximum simul, quod est potentia eorundem actuum. De qua primò queritur, an sit in quarto articulo, deinde quid sit in quinto.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod actus notionales non sint personis attribuendi. Dicit enim Boet. in libro de Trin. quod omnia genera cum quis in diuinam vertit predicationem, in diuinam mutantur substantiam, exceptis relatiuis. Sed actio est vnum de decem generibus. Si igitur actio aliqua Deo attribuitur ad eius essentiam pertinebit, & non ad notionem.

2. Præterea. Aug. 1. dicit 3. de Trin. quod omne quod de Deo dicitur, aut dicitur secundum substantiam, aut secundum relationem. Sed ea quæ ad substantiam pertinent, significantur per essentialia attributa: quæ verò ad relationem, per nomina personarum, & per nomina proprietatum. Non sunt ergo præter hæc, attribuendi personis notionales actus.

3. Præterea. Proprium actionis est ex se passionem inferre. Sed in diuinis non ponimus passionem. Ergo neque actus notionales ibi ponendi sunt.

Sed contra est, quod August. 1. dicit in lib. de fide ad Capr. in Petr. Proprium quidem patris est, quod filium genuit. Sed generatio actus quidam est: ergo actus notionales ponendi sunt in diuinis.

Respondeo. Dicendum, quod in diuinis personis attenditur distinctio secundum originem. Origo autem conuenienter designari non potest, nisi per aliquos actus. & Ad significandum igitur originis ordinem in diuinis personis necessarium fuit attribuire personis actus notionales.

Ad Primum ergo dicendum, quod omnis origo designatur per aliquem actum. Duplex autem ordo originis attribui Deo potest. Vnus quidem, secundum quod creatura ab eo progreditur; & hoc commune est

tri-

tribus personis. Et ideo, actiones, quae attribuuntur Deo ad designandum processum creaturarum ab ipso, ad essentiam pertinent. Alius autem ordo originis in diuinis attenditur, secundum processionem personarum. Unde actus designantes huius originis ordinem, notionales dicuntur quia notiones personarum sunt personarum habitus adinueniunt, ut ex dictis patet.

Q. 33. a. 3.

211

Parag. 2.
circa fin.

Ad Secundum dicendum, quod actus notionales secundum modum significandi tantum, differunt a relationibus personarum, sed re sunt omnino idem. Unde Magister dicit in 1. sent. 26. dist. 1. quod generatio & natiuitas alijs nominibus dicuntur paternitas, & filiatio.

Ad cuius euidentiam attendendum est, quod primo oportet cognoscere originem alicuius ab alio ex motu. Quia enim aliqua res a sua dispositione remouetur per motum, manifestum fuit hoc ab aliqua causa accidere. Et ideo actio, secundum primam nominis impositionem importat originem motus. Sicut enim motus prout est in mobili ab aliquo, dicitur passio: ita origo ipsius motus secundum quod incipit ab alio, & terminatur in id quod mouetur, vocatur actio. Remoto igitur motu, actio nihil aliud importat, quam ordinem originis secundum quod a causa aliqua, vel principio procedit e in id quod est a principio. Unde cum in diuinis non sit motus, actio personalis producentis personam, nihil aliud est, quam habitudo principij ad personam quae est a principio. Quae quidem habitudo sunt ipsae relationes, vel notiones. Quia tamen de diuinis & intelligibilibus rebus loqui non possumus, nisi secundum modum rerum sensibilium a quibus cognitionem accipimus, & in quibus actiones & passionibus inquantum motum implicat, aliud sunt a relationibus, quae ex actionibus & passionibus consequuntur: oportuit seorsum significari habitus personarum, per modum actus, & seorsum per modum relationum. Et sic patet, quod sunt idem secundum rem, sed differunt solum secundum modum significandi.

Ad Tertium dicendum, quod actio secundum quod importat originem motus, infert ex se passionem: sic autem non ponitur actio in diuinis personis. Unde non ponuntur ibi passionibus, nisi grammaticè loquendo, quantum ad modum significandi, sicut patri attribuius generare, & filio generari.

Sensus quaestio.

In hoc quaestio aduerte vnum tantum explicite queri, sed aliud etiam minime expressum intendi; queritur enim attributio notionalium actuum, sed quidditas etiam eorum intenditur; eam enim explicat accurate S. D. in corpore, & in resp. ad argumenta. Quid autem interfit inter notionem & actum notionalem, supra diximus q. 32. a. 2. in titulo. Unde verò dicatur actus notionalis, habes hic in respons. ad primum.

Forma Textus.

CONCL. Necessarium fuit ad significandum originem ordinem in diuinis personis attribuere personis actus notionales. Probatur. In diuinis personis attenditur distinctio secundum originem; sed origo non potest conuenienter designari nisi per aliquos actus; ergo necessarium fuit ad significandum originis ordinem in diuinis personis attribuere personis actus notionales. Assumptae propositiones relinquuntur vt notae, & minor explicatur in resp. ad primum & secundum argum.

Expositio Textus.

AFFIRMAT hic S. D. diuinarum personarum distinctionem attendi secundum originem, quod intelligendum est secundario iuxta supradicta in a. 2.

Videnda sunt praeterea, quae supra notauimus q. 27. a. 3. & 4. de ratione originis & processionis & earum distinctione. De quibus etiam hic late differit Zumel. Ex dicendis tamen in seq. controu. perspicua tota fiet huius articuli doctrina.

Responsionem ad secundum explicauimus supra q. 25. a. 1. controu. vnica ad argumenta Ferrariensis.

CONTROVERSIA VNICA.

Qua sit identitas & distinctio notionalium actuum ab essentia & relationibus, & inter se?

MOLINA in quest. precedenti a. vltim. disp. 2. membro 3. affirmat paternitatem ab actiua generatione, & filiationem a generatione passiuam, nullo modo distingui ex natura rei, tamen realiter quam formaliter, siue actu siue virtute: solumque distingui penes intellectum concipientem, siue ratione ratiocinante, non verò ratione ratiocinata: nullumque esse talis distinctionis fundamentum in re.

In alio extremo est opinio Scoti & Henrici: quam refert hic Zumell. dicentium originem tam actiuam quam passiuam identificari conuertibiliter cum persona producta, & distingui realiter a persona producente & eius relatione. Quam sententiam non prorsus abiicit Suar. lib. 6. c. 2. dicens in hac opinione se nihil inuenire erroris, aut temeritatis; eo quod nihil habeat, quod repugnet mysterio, quod per hanc sententiam commodè videtur explicari: cum res haec solum videatur ad modum concipiendi pertinere.

Media sententia est D. Th. quam in duas imeritò distinxit Zumell. quae sunt apud ipsum prima & tertia: At igitur S. Th. in hoc articulo primo actus notionales idem esse cum relationibus secundum rem, & ab eis solo modo significandi differre. Ex quo dicto bene perpenso colligitur responsio ad singulas propositae controuersiae partes. Ad cuius euidentiam.

RECOLENDAS sunt primò ea, quae late superius explicauimus q. 27. a. 1. cont. 3. de distinctione & ordine actus intelligendi & dicendi, & a. 3. dubit. 2. & a. 4. controu. 2. de ratione & distinctione originum siue processionum, & qu. 31. ar. 2. in expositione tituli de differentia notionum & actuum notionalium quare & ratione sunt idem prorsus quod origines, voce dūtaxat ab eis differentes. Sumitur enim origo dupliciter: Vno modo ex parte principij producentis, & ita nihil aliud est, quam actiua productio, quae in patre respectu filij est generatio; in spiratore verò, scilicet patre & filio respectu Spiritus sancti est spiratio. Alio modo sumitur origo ex parte personae procedentis: & sic est processio, siue passiuam productio, quae in filio dicitur natiuitas, in Spiritu S. nuncupatur communi nomine processio. Hanc distinctionem significauit expressè S. D. in q. precedente, a. 2. cum dixit originem significari vt viam quandam a re, vel ad rem: sicut generatio significatur vt via quandam ad rem genitam, & vt progrediens a generante. Ex quibus etiam apparet

Resolutio.
Actus notionales idem esse realiter & adequatè cum relationibus, in adequatè verò cum essentia, & actibus a passiuis oppositis distinctis, & non oppositis autem virtualiter.

ret idem esse formaliter originem, quod actus A notionalis; constat enim generationē, quā origo est, esse actum notionalem, quo specialiter innotescit persona patris, si generatio actiue sumatur, prout est à patre. Si verò sumatur passiue, prout idem est quod natiuitas, actus est quo persona filij specialiter innotescit. Quam etiam identitatem S. D. expressit in illis verbis; *Origo autem conuenienter designari non potest nisi per aliquos actus.*

Secundò obseruanda est diligēter doctrina presentis articuli in responsionibus ad argumenta, in quibus accuratè & subtiliter explicatur identitas realis, & distinctio formalis siue virtualis actuum notionalium & relationum in diuinis. Nam in responsione ad primum negat actus notionales, cum de Deo prædicantur, in diuinam mutari substantiam; eo quod ordinem originis significant personæ à persona: & ideo notionales dicantur, quia personarum habitudines significant quæ notiones vocantur. In responsione autem ad secundum affirmat actus notionales re idem esse cum relationibus, & secundum modum significandi solum differre. Denique in responsione ad tertium docet in diuinis non esse passionem, nisi grammaticè loquendo, & quantum ad modum significandi; sicuti patri attribuitur generare & filio generari. Vnde Capr. in d. q. 1. statuit hanc conclusionem secundam. Generare, & generari potius habent modum relationum, quam actionum, & passionum: quam probat; quia generare in diuinis non dicit actionem pertinentem ad prædicamentum actionis; nec generari dicit passionem, ut hic ait S. D. & in 1. dist. 8. q. 4. a. 3.

Quomodo verò intelligendum sit dictum illud in responsione ad secundum, videlicet actus notionales solo modo significandi differre à relationibus, colligitur ex D. Thom. in 1. dist. 27. q. 1. a. 1. ad 5. ubi sic loquitur: *Sicut in essentialibus idem est secundum rem operatio, & Deus, & diuinitas, sed distinguuntur secundum rationem fundatam in re: ita in personalibus idem est secundum rem operatio personalis, & persona, & proprietates constituens personam, sed tantum differunt secundum rationem, & modum significandi. Vnde dico, quod eadem relatio significatur per hæc tria, pater, paternitas, & generatio: sed pater significat illam per modum hypostasis vel personæ paternitas per modum proprietatis, generatio per modum operationis. Hæc ibi D. Tho. Ex quibus patet distinctionem actuum notionalium à relationibus quo ad modum significandi, non esse solum rationis concipientis, sed habere fundamentum in re; qualis est distinctio essentialium inter se. Ad cuius euidentiam.*

Considerandum est tertio ex Capre. ubi supra ad argumenta Aureoli, in actione creata multiplicem esse imperfectionem, quæ ab eius actionis ratione præscindenda est, quæ Deo tribuitur. Nam præter motum, quem in agentibus sensibilibus habet actio, passionem efficit in producto, exitum significat de potentia ad actum, & realiter elicitur siue producitur ab agente, ac proinde realiter ab eo distinguitur, & fluxus quidam est & tendentia in extrinsecum; quas omnes imperfectiones ab actionibus diuinis separamus, siue sint essentialis siue notionales, idque solum quod perfectionis est, aut quod nullam in sui ratione claudit imperfectionem, in illis intelligimus. Ut autem ibidem aduertit Capreol. in respons. ad 2. contra 3. conclus. actus notionales longè perfectius habent esse secundum

se siue in re, quàm in intellectu nostro. Nam in re non solum est actio, sed etiam relatio, & substantia, & essentia, & omnipotentia &c. Sed in intellectu nostro dum concipitur sub ratione paternitatis, non intelligitur nisi ut relatio, & non ut actus potentie generatiue; nec ut essentia &c. Sicut enim ait S. D. *supra q. 28. a. 1. ad 2. & 3.* diuinæ essentie perfectio maior est, quàm significatione alicuius nominis comprehendi possit. Quare non sequitur, si nomen relatiuum solum significat relationem, quæ secundum se non est aliquid perfectum, esse in diuina natura aliquid imperfectum; plus enim in diuinæ rei perfectione continetur, quàm aliquo nomine comprehendi possit.

Cum itaque nomen actionis, operationis, emanationis, processions, & originis de Deo prædicamus, nihil Deo imperfectionis attribuiamus ex ipso nominis significato, quo non fluxus aliquis, auteductio de potentia ad actum, aut aliquod medium inter principium & terminum, siue inter producentem & productum, sed vltima tantum potentie actualitas importatur, cum relatione ad illud cui communicatur, aut à quo recipitur actus. Neque nominis & conceptus nostri limitatio, quæ sub vna ratione tantum diuina res apprehenditur, aliquam in ea denotat imperfectionem, sed in intellectu nostro tantum, qui diuina non prout in seipsis sunt, sed iuxta modum suæ imbecillitatis intelligit.

Ex dictis & supra notatis, & alibi declaratis, sequitur primò originem actiue sumptam idem esse adæquatè cum relatione principij; atque ita generationem idem esse cum paternitate: & spirationem, prout actiua origo est, idem esse cum relatione spiratoris constitutiua, quæ eodem scilicet spirationis vocabulo designatur: & natiuitatem idem esse cum filiatione: processionem, prout est origo passiuæ Spiritus sancti, idem esse cum relatione eiusdem personæ constitutiua. Nam, quæ solo modo significandi distinguuntur, eadem sunt adæquatè; sicut Deus & deitas, pater & paternitas. Et præterea, sicut paternitas solius est patris, ita & generatio; & sicut filiatio soli conuenit filio; sic & natiuitas; & eodem modo tam spiratio prout actio est, quàm spiratio, ut est relatio, spiratoris est propria, & amoris processio, ac eiusdem relatio, vni conueniunt Spiritui S. Sicut igitur relatio quælibet cum relatiuo per eam constituto est eadem adæquatè, sic eadem est adæquatè cum origine siue actu notionali, eidem constituto formaliter & adæquatè congruente.

Sequitur secundò nullum actum notionalem completè sumptum idem esse conuertibiliter cum essentia. Probatur primò; quia nulla relatio & nulla persona aut principium in diuinis idem est conuertibiliter cum essentia. Secundò; quia notionale proprium est, essentia verò communis. Dixi autem completè sumptum; quia actus notionalis completè sumptus, puta generatio, includit essentiam, prout est intellectio, & paternitatem; & ratione essentie siue intellectiois communis est, & idem adæquatè cū essentia, ratione verò paternitatis est patri proprius. Simpliciter autem soli conuenit patri, sicut intelligere exprimendo solius est patris.

Sequitur tertio actum notionalem actiue sumptum distingui realiter ab actu notionali passiue sumpto sibi correspondente; ut generare à generari, & spirare à spirari: sicut etiam distinguuntur realiter ab inuicem relationes realiter sibi

Quomodo
Actio Deo
tribuitur.

sibi correspondentes; vt paternitas & filiatio, A spiratio & processio; quod aperte & frequenter significant SS. Patres distinguentes diuinas personas per actus notionales, actiue sumptos; vt Ambr. lib. primo de fide cap. 2. Athan. in dialogo primo de Trinit. contra Anomeos, Fulgentius lib. 1. de fide ad Petrum, cap. 1. Richar. de S. Victore lib. 4. de Trinit. c. 15. & Bonauentura in primo dist. 26. quaest. 2. Vnde etiam Magister in eadem dist. sic ait. Generatio & natiuitas alijs nominibus sunt paternitas, & filiatio.

Quartum. Sequitur quarto origines actiua, vt generationem & spirationem, idem esse realiter, sicut paternitas & communis relatio spirationis sunt idem realiter.

Quintum. Postremo sequitur male dixisse Vasq. super hoc a. originem in diuinis mediam esse inter principium & procedentem a principio. Origo enim actiue actualitas est & relatio principij: passiuè verò est actualitas & relatio procedentis a principio: modus autem ille, quo concipiuntur vt via, nullus est in re, sed in solo nostro modo concipiendi, quo diuina ad modum sensibilium intelligimus, & nominamus.

Conclusio- nes deduc- te, & probatae. PRIMA CONCL. Actus notionalis incompletè sumptus, id est quo ad actum essentialem, quem includit, est idem realiter & adequatè cum essentia. Probatur; quia omne essentiale idem est alteri essentiali realiter & adequatè: quodlibet enim est infinitum simpliciter.

SECUNDA CONCL. Actus notionalis completè sumptus, id est, vt, includit essentiam & relationem, idem est essentia realiter inadequatè. Probatur; quia omne, quod est generare in diuinis, est essentia; non autem omne, quod est essentia, est generare; quia generari & filiatio est essentia, & tamen non est idem quod generare.

TERTIA CONCL. Origo actiua & eius relatio sunt idem realiter & adequatè; & similiter origo passiuæ & eius relatio. Hæc patet ex dictis.

QUARTA CONCL. Origo, & relatio differunt modo significandi in re infinita fundamentum habente, non autem sola ratione ratiocinante. Probatur; quia actio & relatio apud nos realiter differunt, & vtrique in Deo correspondet vna res relatiua simplicissima, correspondens duplici conceptui scilicet actionis & relationis.

QUINTA CONCL. Origines actiua, scilicet generatio & spiratio, non distinguuntur realiter ab invicem. Hæc probata est.

VLTIMA CONCL. Origo actiua & passiuæ ei correspondens, vt generare & generari, distinguuntur realiter. Hæc patet ex dictis.

Arg. & sol. CONTRA 3. & 4. conclus. sunt multa argumenta Aureoli, quæ soluit Capreolus in primo dist. 27. q. 1. quæ tamen soluuntur ex dictis in tertio fundamento.

Obi. 1. cõl. 4. concl. CONTRA 4. conclus. argumentatur Molina. Primò. In diuinis generatio actiua non est actio, & generatio passiuæ non est passio: sed generatio actiua est verus respectus eius a quo alius per intellectum, & generatio passiuæ est verus respectus eius qui ab alio per intellectum: & vtrique non aliud habet fundamentum aut rationem fundandi, quam essentiam nostro more intelligendi cum fundamento in re intelligentem seipsum, & omnia scientia naturali; ergo. Respondetur primò falsum esse antecedens quo ad illam partem, quæ negat generationem actiuam esse actionem. Iam enim supra diximus illam esse actionem quo ad id, quod perfectionis est in actione seclusis imperfectionibus. Secundò dico actionem esse verum respectum realiter, Naz. in 1. part. D.Th. tom. 2.

sed non formaliter. Tertio dico paternitatem & filiationem, prout sunt personarum constitutione, nullum præexigere, sed secum ferre fundamentum; vt autem relationes sunt in actu exercito, fundari super actibus notionalibus, vt proximis rationibus fundandi.

Secundò. Actus notionales sunt veræ productiones actiua vel passiuæ, absque vlla mutatione: sed productio tam actiua quam passiuæ, vbi nullus interuenit motus, nullaue interuenit mutatio, non est aliud quàm respectus a quo alius, & qui ab alio: ergo actus notionales, vt generare & generari, non sunt aliud quàm respectus, merissimaque relationes. Minor probatur ex doctrina D. Th. hic ad 2. & 3.

Resp. falsam esse minorem propositionem. Solut. Ad eius probationem respondet Cai. hic D. Tho. loqui de actione vt actio est, non autem vt est substantia vel accidens; quam responsionem latè declarauimus supra quaest. 25. artic. primo, controversia vnica, respondentes ad argumenta Ferrariensis, vbi alias etiam addidimus responsiones ad huius loci doctrinam explicandam. Secundò dico talem productionem esse respectum realiter, sed actionem formaliter vt explicat hic S. T. ad 2.

Tertio. Generatio actiua & passiuæ, spiratio ite actiua & passiuæ, meræ sunt relationes; ergo si a paternitate & filiatione distinguerentur ex natura rei, etiam si ea distinctio solum esset virtute, concedendum esset in Deo esse octo rationes formales relationum, esseque proinde octo relationes reales; quod neque cum communi Scholasticorum sententia, neque cum Patribus & Concilijs consentit. Consequutio probatur; quia ad pluralitatem relationum, numerumque earum satis est numerus rationum formalium, quæ virtute inter se distinguuntur, vt patet ex supra dictis q. 32. art. 3. Resp. falsum esse antecedens; iam enim diximus origines simul esse actiones & relationes, vnde non sequitur esse octo relationes; non enim aliæ sunt relationes siue respectus originum, puta generationis & natiuitatis a respectibus relationum, puta paternitatis & filiationis; sed hoc solo differunt origines a relationibus, quod non solum relationes, sed etiam actiones includunt in sui ratione, quas non includunt relationes.

Alia eiusdem expositoris argumenta solum probant identitatem realem relationis & originis, non autem excludunt distinctionem virtualem.

CONTRA vltimam concl. sunt argumenta, quæ profert & soluit Zumel hic disp. 1.

CONTRA eandem concl. argu. Suarez. Primò. In creaturis actio & passio non distinguuntur a termino productio, & consequenter nec inter se ob eam causam quia fieri ipsius termini duplicem habet respectum; vnum ad terminum in quem tendit, & sic vocatur passio siue fieri passiuum; alium a quo egreditur, & sic vocatur actio; ergo eadem proportionem in diuinis eadem via ad filium habet vtrumque respectum; ergo eadem vt tendit ad terminum, erit natiuitas, & vt est a principio, erit generatio: ac proinde generatio non erit idem adequatè cum paternitate, sed potius cum filiatione, cum qua natiuitas identificatur. Probatur consequentia tum a paritate rationis; tum quia non accommodamus modum hunc concipiendi ad diuinam, nisi ex creaturis, & secundum illam proportionem nullam Deo tribuimus imperfectionem. Resp. causam assignatam in antecedente.

C c

non

non esse propriam & legitimam; propria verò A
causa est motus siue mutatio, quæ utramque
fundat relationem.

Replica

Contra hanc respō. argumentatur Suarez. In
creatione non est mutatio propriè, & nihilomi-
nus eadem via secundum diuersos respectus
dictos ad principium vel terminum est creatio
actiua & passiua, quæ realiter identificatur
cum termino; ergo etiam seclusa mutatione ma-
net illa identitas. *Resp.* falsum esse antecedens

Solut.

quo ad eam partem, quæ ait eandem viam se-
cundum diuersos respectus esse creationem a-
ctiuam & passiua, quæ realiter identificetur
cum termino.

Replica.

Sed hanc respō. reiicit Suarez, quam etiam
se ait confutasse in Metaphysica. Primò; quia in
creatura est dependentia realis à creatore. *Se-*
cundò, quia eadem res potest varijs actionibus
creari. *Tertiò*, quia actus intellectus vel volunta-
tis diuinæ non potest esse actio, sed principium
creandi. *Resp. ad primum*, dependentiam illam
realem dupliciter sumi posse; vno modo for-
maliter, & sic est relatio realis creaturæ, ad
creatorem. Alio modo fundamentaliter, & sic
est ipsum esse creaturæ, ut nunc primò pendens
à Deo. *Ad secundum* negatur antec. Nam vna est
actio Dei simpliciter, quæ creantur vniuer-
sa. *Ad tertium* negatur antecedens. Plenius
autem huic difficultati satisfiet *infra quæst. 45.*

Solut.

4.3.

Replica

Sed hanc respō. sic arguit Suarez. S.
Thom. in *quæst. preced. art. 2.* dixit originem esse
viam ab vno in aliud: quod etiam affirmat de
processione Ioannes Theol. in Concilio Flor.
sess. 18. ergo hoc satis est, ut in illa via duplicem
respectum debeamus concipere, scilicet à prin-
cipio & ad terminum, ut ibidem D. Thomas
fatetur; ergo hæc vna via, ut est à principio, est
origo actiua, & ut ad terminum, passiua; tota ve-
rò identificatur cum termino producto secun-
dum rem. *Respond.* productionem siue origi-
nem creatam aut incretam non dici viam
nisi metaphorice, ad similitudinem scilicet
viæ, in qua localiter mouentur corpora. Tria
verò considerantur in via propriè dicta: Pri-
mum est tendentia siue extensio ex vno ter-
mino ad alium. Secundum est respectus conse-
quens ad talem tendentiam seu extensionem:
Tertium est continuatio & identitas realis di-
ctæ tendentiæ seu extensionis ex vtraque par-
te. Et in origine quidem creata, quæ est ex alia
re creata, quia semper est cum mutatione, salua-
tur similitudo quo ad tria prædicta: vna enim
& eadem est mutatio, qua agens producit effe-
ctum & quasi tendit in ipsum, & qua effectus
procedit ab agente, & in eum reducit tan-
quam in principium: & duplex resultat relatio,
scilicet principij & procedentis à principio: sed
in origine seu processione increta, in qua nul-
la interuenit mutatio, duplex tantum saluatur
viæ similitudo: prima quo ad actionem quasi
tendentem in terminum, & emanationem
passiuam, quasi ex principio procedentem si-
mul cum termino: secunda, quoad relatio-
nes hinc & inde; Non saluatur autem simili-
tudo quo ad viæ continuitatem & identitatem
ex vtraque parte ob dictam causam; quia scilicet
hic nulla interuenit mutatio. Est igitur hic
duplex via. Vna ex parte principij, quæ nuncu-
patur via ad rem. Altera ex parte termini pro-
ducti, quæ nominatur via à re. S. Thom. non di-
xit originem esse viam à re & ad rem, sed à re,
vel ad rem, ut non vnam, sed duas hic esse vias

Solut.

ex ipso modo loquendi denotaret. Vna ergo
via est origo actiua, ut generatio. Altera via est
origo passiua, ut natiuitas. Quod etiam expref-
sius significat S. D. in eodem articulo dicens: *Origo*
actiue significata significatur ut via progrediens à
persona subsistente, unde presupponit eam; origo au-
tem passiue significata, ut natiuitas, significatur ut
via ad personam subsistentem, & nondum, ut eam
constituens. Qua loquendi forma duplicis viæ
distinctionem aperte satis insinuat.

Secundò sic arguit ex eisdem verbis S. Tho. *Obiect. 2.*
Origo significatur ut via à re vel ad re; & gene-
ratio significatur ut via progrediens ad gene-
rantem; ergo in suo conceptu includit distin-
ctionem realem à generante per quandam op-
positionem originis, quod est esse ab alio; ergo
non potest identificari cum propria relatione
personæ producentis. *Resp.* negando sequelam,
si sermo sit de origine actiue sumpta; progres-
sus enim originis actiue à principio in diuinis
non est realis, sed rationis tantum, nisi ratio-
ne termini producti, de quo non est hic dispu-
tatio.

Tertiò. Actio ut actio non rectè concipitur, *Obiect. 3.*
ut realiter distincta à termino producto, ut in
ductione patet in omnibus alijs actionibus; ergo
neque origo actiua à suo termino realiter
distincta est; ergo non est adequatè idem cum
relatione producentis. *Resp.* falsum esse antecede-
dens. Ad inductionem dico falsum esse assum-
ptum; Actio enim ut actio metaphysicè & rea-
liter est in agente, quamvis Physicè sit in passo:
loquendo de actione quæ est cum motu.

Quartò. Actio procedit à supposito; ergo *Ob. 4.*
non potest esse idem adequatè cum forma con-
stitutiuâ suppositi. *Resp.* nullam esse conseq. lo-
quendo de identitate reali, procedit autem de
identitate formali, quam non asserimus. Secun-
dò dico, falsum esse antecedens intellectum de
processione reali.

Vltimò. Spiratio actiua; quatenus relatio est, *Obi. 5.*
subsequitur productionem Spiritus S. ergo nō
est talis productio illam et relatio, alioquin
supponeret seipsum. *Resp.* hoc etiam argumento
probari distinctionem formalem siue virtua-
lem, inter relationem & productionem, non
autem realem. Vnde ad argumentum dico pri-
mò, relationem spirationis, prout constitutiuâ
est spiratoris, præcedere actum spirandi, quam-
uis ut exercita illum sequatur. Secundò nego
consequentiam. Ad probationem dico nullum
esse inconueniens eandem rem secundum v-
nam rationem formalem præcedere seipsam, se-
cundum aliam.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Virum actus notionales sint voluntarij.

AD Secundum sic proceditur. Videtur, quod a-
ctus notionales sint voluntarij. Dicit enim Hy-
lar. ** 1. lib. de Synod. Non naturali necessitate ductus,* 215
pater genuit filium. 1. dist. 5. 41.
2. Præterea. Apost. Col. 1. Transiit nos in regnū 2. 3. 3.
filij dilectionis sue. Dilectio autem voluntatis est. Ergo * In medio
filius genitus est à patre voluntate. lib. 6. est
diffin. 15. 6.
3. Præterea. Nihil magis est voluntarium quam quantulum
amor: sed Spiritus sanctus procedit à patre & filio ut à med. lib.
amor, Ergo procedit voluntariè.
4. Præterea. Filius procedit per modum intelle-
ctus ut verbum: sed omne verbum procedit à dicente
per voluntatem. Ergo filius procedit à patre per vo-
luntatem, & non per naturam.

3. Præ-

5 Præterea. Quod non est voluntarium, est necessarium. si igitur pater genuit filium non voluntate, videtur sequi, quod necessitate genuerit. quod est contra Aug. in lib. ad Orosium.

Sed contra est, quod Aug. dicit in eodem lib. quod neque voluntate genuit pater filium, neque necessitate.

Hic lib. ad Orosium inscribitur Dialog. 65. te. † Quæst. habetur 10. c. 4. in prin.

Respondeo. Dicendum, quod cum dicitur aliquid esse, vel fieri voluntate, dupliciter potest intelligi. Vno modo, ut ablatius designet concomitantiam tantum: sicut possum dicere, quod ego sum homo mea voluntate, quia scilicet volo me esse hominem. Et hoc modo potest dici, quod pater genuit filium voluntate, sicut & est voluntate Deus: quia vult se esse Deum, & vult se generare filium. Alio modo sic, quod ablatius importet habitudinem principij. Sicut dicitur, quod artifex operatur voluntate, quia voluntas est principium operis. Et secundum hunc modum dicendum est, quod Deus pater non genuit filium voluntate, sed voluntate produxit creaturam.

Inter opera Hilar. in lib. de Synod. c. 4. in Symoio. i. i. 118.

Vnde in lib. de Synod. dicitur, quod si quis voluntate Dei tanquam vnum aliquid de creaturis filium factum dicat, anathema sit. Et huius ratio est: quia voluntas & natura secundum hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad vnum: sed voluntas non est determinata ad vnum. Cuius ratio est: quia effectus assimilatur formæ agentis per quam agit. Manifestum est autem, quod vnus rei non est nisi vna forma naturalis, per quam res habet esse: & vnde quale ipsum est, tale facit. Sed forma per quam voluntas agit, non est vna tantum, sed sunt plures, secundum quod sunt plures rationes intellectæ. Vnde quod voluntate agit, non est tale, quale est agens, sed quale vult, & illud intelligit esse agens. Eorum igitur voluntas principium est quæ possunt sic, vel aliter esse. Eorum autem quæ non possunt nisi sic esse, principium natura est. Quod autem potest sic, vel aliter esse, longè est à natura diuina: sed hoc pertinet ad rationem creaturæ, quia Deus est per se necesse esse creatura autem est facta est nihilo. Et ideo, Arriani volentes ad hoc deducere quod filius sit creatura, dixerunt, quod pater genuit filium voluntate, secundum quod voluntas designat principium. Nolis autem dicendum est, quod pater genuit filium non voluntate, sed natura. Vnde H. i. dicit in lib. de Syn. Omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attribuit: sed naturam dedit filio ex impassibili, ac non data substantia perfecta naturitas. Talia enim cuncta creata sunt, qualia Deus esse voluit: filius autem natus ex Deo, talis subsistit, qualis & Deus est.

In 2. fol. post med. lib.

Ad Primum ergo dicendum, quod autoritas illa inducitur contra illos, qui à generatione filij etiam concomitantiam paternæ voluntatis remouebant dicentes, sic enim natura genuisse filium, ut tamen voluntas generandi ei non adesset, sicut & nos multa naturali necessitate contra voluntatem patimur, ut mortem, senectutem, & huiusmodi defectus. Et hoc patet per præcedentia, & subsequencia. sic enim ibi dicitur, Non enim nolente patre, vel coactus pater, vel naturali necessitate inductus, genuit filium.

Loco in arg. c. 110

Ad Secundum dicendum, quod Apost. nominat Christum filium dilectionis Dei, in quantum est à Deo superabundanter dilectus, non quod dilectio sit principium generationis filij.

Ad Tertium dicendum, quod etiam voluntas in quantum est natura quædam, aliquid naturaliter vult, sicut voluntas hominis naturaliter tendit ad beatitudinem. Et similiter Deus naturaliter vult & amat seipsum. Sed circa alia à se voluntas Dei se habet ad vtrumque, quodammodo, ut dictum est. † Spiritus autem sanctus procedit ut amor, in quantum Deus

117.

In corp. ar. c. 19. ar.

A amat seipsum vnde naturaliter procedit, quamuis per modum voluntatis procedat.

Ad Quartum dicendum, quod etiam conceptionibus intellectualibus sit reductio ad prima, quæ naturaliter intelliguntur. Deus autem naturaliter intelligit seipsum. Et secundum hoc, conceptio verbi diuini est naturalis.

3. præcipue

Ad Quintum dicendum, quod necessarium dicitur aliquid per se, & per aliud. Per aliud quidem dupliciter. Vno modo sicut per causam agentem & cogentem, & sic necessarium dicitur, quod est violentum. Alio modo sicut per causam finalem: sicut dicitur aliquid esse necessarium in his, quæ sunt ad finem, in quantum sine hoc non potest esse finis, vel bene esse. Et neutro istorum modorum diuina generatio est necessaria: Et quia Deus non est propter finem, neque coactio cadit in ipsum. Per se autem dicitur aliquid necessarium quod non potest non esse: & sic Deus esse est necessarium. & hoc modo patrem generare filium, est necessarium.

Sensus quaest.

INTELLIGENDUM est quæsitum de voluntario indistinctè, & expectanda est distinctio D. Tho. in corpore, ut hic admonet Cai. Vberiorrem & scitu dignam expositionem affert Torres, quem lege si placet. Eius explicationem sequitur & amplificat Molina.

Mouetur hæc quaestio tum propter Arrianos, de quibus in textu; tum propter varia Sanctorum dicta, & præsertim Hilarij, & Hieron. & August. quæ prima facie videntur contraria. Affirmat enim Hilar. in lib. de Synod. Patrem voluntate genuisse filium: Hieron. autem in ep. ad Eph. i. c. sic ait: Nunquam, ut esset filius voluntas paternæ præcepit, & Aug. in dial. 65. quæst. interrogante Orosio, num pater filium genuerit voluntate vel necessitate, respondet q. 4. c. 7. neque voluntate, neque necessitate patrem genuisse; quod idem affirmat lib. 15. de Trin. c. 20. Hanc igitur apparentem contrarietatem huius articuli discursu conciliat S. D.

Forma Textus.

PRÆMISSA distinctione respondetur quaestio duabus conclusionibus.

Distinctio est. Aliquid esse vel fieri voluntate potest intelligi dupliciter. Vno modo ut ablatius designet solam concomitantiam; sicut possum dicere, quod ego sum homo mea voluntate; quia scilicet volo me esse hominem. Alio modo sic quod ablatius importet habitudinem principij; sicut dicitur, quod artifex operatur voluntate; quia voluntas est principium operationis.

PRIMA CONCL. Pater genuit filium voluntate concomitante. Probatur: quia vult se esse, & se generare filium.

SECUNDA CONCL. Pater genuit filium naturæ, non voluntate principiante, sed sic produxit creaturam. Probatur quo ad omnes partes: primò autoritate Hilarij in libro de Synodis. Si quis voluntate &c. Secundò ratione, eorum voluntas est principium, quæ possunt sic, vel aliter esse: eorum autem quæ non possunt nisi sic esse, principium natura est: At filius non potest nisi sic esse, creatura autem potest sic vel aliter esse; ergo pater genuit filium naturæ &c. Maior probatur. Voluntas & natura sibi hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad vnum, sed voluntas non est determinata ad vnum; ergo eorum voluntas est principium &c. Antecedens probatur. Effectus assimilatur formæ agentis, per quam agit: At vnus rei non est nisi vna forma naturalis, per quam res habet esse; forma ve-

Cc 2

10

rò per quam voluntas agit, non est vna tantum. sed sunt plures, secundum quod sunt plures rationes intellectæ; ergo res siue agens naturale tale facit, quale ipsum est: agens autem per voluntatem non agit tale, quale ipsum est, sed quale vult, & illud intelligit esse agens. Ex quo sequitur differentia posita in antecedente, quod natura sit ad vnum determinata, voluntas autem minimè. Minor autem principalis argumenti, quod videlicet filius nō possit nisi sic esse: creatura verò possit sic vel aliter esse, probatur; quia Deus est per se necessesse esse: creatura verò facta est ex nihilo; igitur quod potest sic vel aliter esse, longè est à natura diuina, & consequenter à filio, & pertinet ad rationem creaturæ. Tertiò probatur conclusio ab opposita hæresi Arriana autoritate Hilarij confutata.

Expositio Textus.

ADVERTE primò conclusiones non esse minus amplas quæsito, licet solum exprimât filij generationem; id enim, non vt latè proposita limitetur materia factum est, sed vt in vno actu notionali, eoque priori secundum modum nostrum intelligendi, ac nobis notiori præsentis doctrinæ veritas patefceret euidentius: vt hic etiam obseruat Cai.

Secundò scito secundam conclusionem esse Catholicæ fidei confessionem aduersus Arrianam impietatem. Cuius conclusionis veritatem confirmant recentiores SS. Patrum dictis & Conciliorum definitionibus. Legendi sunt Ban. Zuzmel. Molin. & Vasq. 4. c. & Suar. lib. 6. de Trinit. c. 3.

Tertiò obserua sensum maioris in argumento pro 2. concl. cum Cai.

Quartò vide apud eundem explicationem illius differentie inter agens naturale & agens voluntarium, siue inter rem naturalem & voluntatem: quod rei naturalis est vnica forma, voluntatis autem plures.

Respons. ad 4. explicat S. D. infra qu. 82. ar. 4. ad 3.

PRIMA DVBITATIO.

Quomodo sumatur voluntas, in prima & secunda conclusione?

QVAERIT hic Cai. an voluntatis nomen in duobus articuli conclusionibus accipiaturni uocè, an æquiuocè? Nam si sumatur vniuocè, sequitur patrem voluntate concomitante ad vtrumlibet velle generationem filij. Probatur sequela; quoniam de tali voluntate sermo est in secunda conclusione: si verò sumatur æquiuocè, leuis ac friuola tota videtur hæc esse disputatio & differentia in secunda conclusione proposita inter filium & creaturam.

Cui dubitationi respondet sumi in vtraque conclusione voluntatem vniuocè, prout nomē voluntatis significat potentiam volitiuam, vel etiam actum volendi, non quomodocunque sed absolute & indistinctè: & iuxta sensum hūc affirmat prima conclusio actum volendi absolute siue indistinctè. i. non curando qualis sit, an naturalis vel liber, respicere vt obiectum generationem filij, & processionem Spiritus sancti. In secunda verò negatur velle habere rationem principij ad vtrumlibet respectu actuum notionalium, quodcunque siue qualecunque sit illud velle. *Sed hanc solutionem impugnat Vasq.*

quoniam secundum eam vix possumus æquiuocationem & varietatem eiusdem nominis effugere. Ait autem facilius solui posse, si in vtraque conclusione voluntas accipiaturn pro actu, non pro potentia; sic enim prior conclusio vera est; quia omnis actus notionalis placet Deo, ac proinde eum dicitur velle: hoc aut modo (inquit) non est principium actus notionalis, sed illū comitatur. Et eodem modo vera est altera conclusio: quia tam actus spirationis, quam generationis, non est ab actu voluntatis vt à principio: quia pater non ideo generat aut spirat, quia velit generare vel spirare; ergo actus volendi non est principium, quāvis spiratio sit à voluntate vt potentia est. *Sed hæc non aduersantur solutioni Cai. nisi quatenus insinuant posse voluntatem sumi pro potentia. Nam quoad voluntatem sumptam pro actu (quod magis placet Cai.) consonant hæc illius explicationi. Verum accipiendo etiam voluntatem pro potentia, vera est solutio Caiet. Nam vt potentia voluntatis per actum suum respicit generationem filij, & processionem Spiritus S. concomitanter scilicet vt obiectum; & hoc affirmat prima conclusio. Et quamuis voluntas vt potentia per modum naturæ sit principium processionis Spiritus S. non tamen est principium per modum voluntatis, in quantum voluntas, id est, prout libera est se habens ad vtrumlibet: & hic est sensus primæ conclusionis. Potest igitur in vtraque conclusione sumi voluntas cum ordine ad actum absolute & indistinctè, quomodo dicimus accipiendam esse voluntatem, vt stat pro actu. Nam quamuis per illa adiectiua, concomitante & principiante, contrahi videatur ad hunc & illum modum, remanet tamen eadem ratio voluntatis & actus eius absolute sumpti: sicut si dicerem: intellectus circa principia habet actū intelligendi, & non actum discurrendi: vel actus intellectus circa principia est actus intellectionis & non discursus: vtroque enim sumitur intellectus absolute & actus eius absolute & consequenter vniuocè. Nam et si per illa adiuncta, videlicet intellectionis & discursus, limitari videatur ad talem modum affirmatum & ad tale negatum, est tamen idem actus absolute siue indistinctè, vel in communi sumptus, de quo vnum affirmatur & aliud negatur.*

SECUNDA DVBITATIO.

Quo sensu accipienda sit illa propositio: Effectus assimilatur formæ agentis, per quam agit.

PROPOSITAM dubitationem versat & definit subtiliter Caiet. dicens propositionem hanc esse veram, quo ad formam & modum per se illius, in quantum est agendi ratio. Quam explicat distinguendo modum per se agendi formæ naturalis, à modo per se formæ voluntariæ, id est, quæ est ratio agendi voluntati. Neque hic necesse est perspicuum Caiet. discursum exactè referre, aut latius explicare, sed lectori sufficiat Scriptura Caiet. à qua tamen recedit Syluester, qui duo dicit. Primum est, propositionem illam, effectus assimilatur formæ agentis, per quam agit, intelligendam esse quantum ad essentiam, & rationem formæ; non autem quantum ad modum essendi, nisi causa sit vniuocæ; quoniam illud consequens, agens naturale agit quale est, voluntarium quale vult, non inferitur (inquit) ex hoc antecedente, effectus assimilatur.

Obi Vasq.

Diluitur obiectio.

Obiectio tacite sol.

Sent. Caiet.

Impugnatio Sylu.

similatur formæ agentis: sed ex hoc, agens naturale habet vnam formam tantum, voluntarium multas; quia naturale cum faciat simile, & nō nisi in illa forma qua est, cū aliā non habeat, necessariō facit tale quale est, non autem voluntarium, quod habet multas, & est per vnam tantum: quia potest voluntariē assimilare sibi in forma qua est generando voluntariē, & in forma qua intelligit. *Secundum* est, posse dictam propositionem intelligi etiam quoad modum essendi formæ, si tamen modum essendi formæ appellemus determinationem suæ repræsentationis, prout repræsentat effectum talem vel talem: sed iste modus inquit pertinet ad essentiam vel rationem formæ.

Confutatio

Sed hac interpretatio rudis est: vt enim patet ex forma textus supraposita, illa propositio agens naturale tale facit, quale ipsum est; voluntarium autem, quale vult, ex duplici principio deducitur. Primum est illud: effectus assimilatur formæ agentis per quam agit: secundum illud, vnius rei non est nisi vna forma naturalis per quam res habet esse: forma verò per quam voluntas agit &c. quæ propositio sine priori nullam haberet vim inferendi dictam propositionem, quæ primò dependet ex ratione similitudinis effectus ad causam secundum formam, quæ est agendi ratio: secundariò verò ex vnitatē & pluralitatē eiusdem formæ. Vnde ablata ratione similitudinis nihil ex vnitatē & pluralitatē concluderetur. Quod autem ait posse agens voluntarium producere voluntariē sibi simile secundum formam qua est, falsum est formaliter loquendo de forma, prout est agendi ratio, vt modo loquimur. Nam quamuis homo voluntariē applicet membra ad generandum, illa applicatio non est agendi ratio, sed tantum conditio: ratio verò agendi est forma naturalis quæ naturaliter causat. Denique non satis aptè saluat dictam propositionem, quo ad modum essendi formæ: tum quia eam limitat ad vnum tantum modum, cum tamen sit vera simpliciter de omni modo, vt eam sustinet Caietanus: tum etiam quia vt ipsemet aduertit, ea determinatio pertinet non ad modum essendi, sed ad rationem agendi formæ.

Vide etiam Ferrar. in 2. contragentes, cap. 16. ratione 5. & cap. 24. ratione 2. vbi alio modo explicat illam propositionem, agens agit sibi simile.

TERTIA DVBITATIO.

Quomodo prædicta vera sint de voluntario agente & de voluntate?

Ratio dubitandi.

SEQVITVR ex dictis tertia dubitatio, an scilicet supradicta de voluntario agente, & de voluntate intelligenda sint, quatenus producit etiam ad intra: an verò solum, prout producit ad extra? Nam si hoc secundo modo sumenda sint, vanus & ad rem minimè pertinens erit totus hic discursus, quo ostenditur differentia inter agens naturale & agens voluntarium, quoniam non agitur in hoc articulo de productionibus ad extra, sed ad intra. Si verò sint accipienda de productionibus etiam ad intra, sequitur nihil intus à voluntate produci, nisi actu reflexo. Probatur sequela; quia ex prædictis omne voluntariē productum, est productum vt volitum: nihil autem est in voluntate volitum, nisi reflexè.

A Cui dubitationi respondet Caiet. distinguens *Solutio* Ca. dupliciter esse aliquid in voluntate volitum: *ietani.* Vno modo, vt rem quandam siue vt obiectum volitum: & sic omne quod est in voluntate volitum, est reflexè volitum: Alio modo, vt ratio volendi, siue vt tendentia in obiectum volitum, & sic est directè volitum eadem volitione, qua volitum vt res, siue vt obiectum, & ita voluntarium est ipsum velle, & liber ipse amor.

Sed hanc solutionem reiiciunt Syluest. & Vasquez. Ait enim Sylu. D. Tho. hic loqui de voluntate, vt productiua tantum est ad extra, quauis prædicta locum habeant etiam in voluntate, prout producit ad intra. Nec tamē (inquit) hæc vane dicta sunt, cum non dicantur de agente voluntario ad extra ad concludendum sic esse in productione diuina, sed ad ostendendum sic non esse, immò si restringantur hæc ad productionem ad intra, vanè inducerentur; quia non haberent locum in omni agente voluntario; quia Deus ad intra non producit quale vult, & consequenter processum esset ex particularibus, & ulterius, Spiritus sanctus esset de ijs, quæ possunt esse & non esse.

Vasquez autem ait rationem D. Tho. probare illud omne esse voluntariē, id est liberè productum, quod est à voluntate, hoc est ab actu voluntatis, vt principio siue productum sit intra Deum, siue extra: & ex hoc (inquit) concludit nihil intra Deum esse hoc modo productum; quia nullus actus notionalis hoc modo producit: de alijs verò operationibus liberis, quæ verè non producuntur, sed concipiuntur vt operationes, quales sunt voluntates liberæ Dei, non probat hæc ratio S. Th. liberæ esse, sed alia ratione probari potest: Hæc ille.

Sed quamquam verum sit D. Tho. hoc solum intendere, nimirum nullum actum notionalem esse voluntariē, hoc est liberè productum, propositiones tamen assumptæ, & differentię inter agens naturale & voluntarium, vniuersaliter intelligendæ sunt de qualibet voluntaria productione, tam ad intra quàm ad extra; si quidem liberæ productiones ad intra eadem ratione & ex eadem radice liberæ sunt, ex qua liberæ sunt productiones ad extra, quia scilicet forma, quæ ratio agendi est, est ratio agendi vt volita: immò, quia notionales actus sunt actiones ad intra, congruit assumptas propositiones de agente voluntario, prout distinguitur ab agente naturali, ad omne genus operationis extendi, vt scitè aduertit Cai. vnde etiam Sylu. & Vasq. admittunt eas esse veras de agente voluntario, siue de voluntate quo ad vtrumque genus operationis, scilicet ad intra & ad extra.

Nec verum est, quod ait Sylu. hæc non habere locum in primo agente voluntario, qui Deus est: Nam Deus etiam liberè vult creaturas; Quomodo verò sit liber actus diuinæ voluntatis ad creaturas, latè superius explicauimus qu. 19. a. 10. Nec sequitur processum esse ex particularibus, sed ex vna ratione voluntatis vniuersaliter sumpta; & quia Spiritus sanctus non est à voluntate secundum eam rationem, qua distinguitur ab agente naturali, ideo non sequitur illum esse de ijs, quæ possunt esse & non esse.

Vasq. autem incautè Cai. reprehendens, in eius sententiam incidit manifestè.

Vasq. incant.

PRIMA CONTROVERSA.

An voluntas concomitans, qua pater voluit generationem filij, precedat secundum intellectum nostrum eandem filij generationem?

Sensu quæ-
sit.

Voluntas
concomitans
duplicitur.

Sententia
Doctorem.

ANTEQUAM Doctorem sententias referamus propositæ difficultatis sensum & causam expedit aperire: Vt autem hic obseruat Cai. differunt voluntas concomitans & voluntas principians, quod voluntas principians comparatur ad volitum, vt causa seu principium ad suum effectum: Voluntas autem concomitans, comparatur ad volitum vt ad obiectum præcisè. Et quoniam voluntatis obiectum vt sic potest esse non tantum præsens, sed etiam præteritum & futurum, idcirco voluntas concomitans potest intelligi vt antecedens, sicut cum desidero pluuiam futuram, & vt consequens, sicut cum placet pluuiam quæ præsens est aut quæ iam præterijt: Est igitur sensus quæsitæ. An prima conclusio affirmans patrem genuisse filium voluntate concomitante, sit intelligenda de voluntate concomitante posteriori modo tantum, an etiam priori modo, ita vt pater secundum modum nostrum intelligendi, prius voluerit generationem filij, quam filium genuerit.

CAPR. in 1. dist. 6. q. 1. concl. 6. & in responsionibus ad argumenta scoti contra eandem conclusionem negat voluntatem patris concomitantem respectu generationis filij esse antecedentem duratione vel intellectu: quam sententiam plurimi sequuntur expositores D. Thom. Ferrar. in 4. cont. gent. c. 11. §. Vtrum autem &c. Torres in 3. parte comm. Bannes dubio 1. Zumel. disp. 3. Mol. disp. 2. & Suar. lib. 6. de Trin. c. 4.

Caetanus refert & sequitur opinionem Scoti in primo sent. distinct. 6. questione prima dicentis actum voluntatis, quo Deus pater vult generationem filij, priorem esse ipsa filij generatione, modo nostro intelligendi. Eandem sententiam sequitur Iauellus: quamuis non approbet Scoti fundamentum, in quo falsò existimat conuenire Caetanum, quem etiam sequitur Ripa & Ioannes Dominicus super hoc articulo.

Rada controu. 12. a. 4. latè refert & tuetur sententiam Scoti.

Valentia vtramque sententiam affirmat esse probabilem, & quætionem hanc esse parui momenti: & addit discrimen esse inter filij generationem, & Spiritus sancti processione: quod filij generatio voluntaria est concomitanter voluntate, non tantum essentiali, sed etiam notionali; qua procedit Spiritus S. Processio autem Spiritus S. non est voluntaria concomitanter, nisi per actum voluntatis essentialem.

Vasquez disp. 160. sequens Henricum & Gottifredum à Scoto relatos, ait omnem actum voluntatis Dei, qui circa actus notionales, tanquam circa obiectum versatur, esse posteriorem ipsis actibus notionalibus secundum rationem: Ex quo deducit duo contra duas præmissas opiniones. Primum est contra sententiam Scoti & Caiet. Nullum huiusmodi actum voluntatis esse priorem actibus notionalibus. Secundum contra sententiam Capreoli & D. Thomæ: Nullum huiusmodi actum voluntatis comitari actus notionales, & esse simul cum illis, sed esse posteriorem secundum rationem.

AD PROPOSITAE controverſiæ definitio-
nem plurima ſupponenda ſunt ſuperius à nobis vberimè declarata: Ex quibus primum eſt ordo inter intelligere & dicere, de quo ſupra diſſeruimus quæſt. 27. artic. 1. in 3. controuerſa. Secundum eſt diuinum verbum, ex cognitione diuinæ eſſentiæ, relationum ac perſonarum omnium perfectæ, & comprehenſiua procedere, quæ licet à parterei ſit viſio, ſiue notiſſima intuitiua reſpectu eſſentiæ & perſonarum, ſecundum modum tamen noſtrum intelligendi concipitur, vt aliqua ratione præcedens diuinæ perſonas procedentes, vt explicauimus ſupra q. 34. a. 3. controu. 1. Denique ſupponenda ſunt, quæ ſupra diximus de perſonarum conſtitutiuis, quæ præced. artic. 4. controu. vnica: Ex quibus tamen hinc erunt præcipua quædam neceſſariò repetenda.

B Secundo diſtinguenda ſunt diligenter eſſentialia prædicata de Deo dicta. Nam quædā de Deo dicuntur per modum actus primi; vt eſſe immutabilem, æternum, omnipotentem, iuſtum, ſapientem & bonum. Quædam per modum actus ſecundi vt intelligere, velle, creare, gubernare & iuſtificare: Ex quibus quædam ſunt actiones immanentes; vt duo priora, ſcilicet intelligere & velle; alia ſunt operationes tranſeuntes; vt creare &c. ad quas omnes actiones ſiue operationes conſequitur neceſſariò reſpectus ad obiecta ſiue terminos circa quos verſantur. Sed præterea diſtinguuntur eſſentialia prædicata in ea, quæ dicunt ordinem ad notionalia: vt naturam eſſe tribus communicabilem, & velle generationem filij: & ea quæ nullam ad notionalia dicunt habitudinem: vt eſſe bonum, iuſtum &c.

C Tertio obſeruandum eſt valde diſſerre hæc duo, nimirum aliquod prædicatum eſſe prius ratione alio & aliquod prædicatum poſſe prius à nobis concipi quam aliud. Nam vt hic aduertit Zumel. poſſum ego rectè concipere Deum prius vt miſericordem quā vt iuſtum: cum tamen non ſit in Deo prior miſericordia quā iuſtitia, neque è contra; neutra enim ab altera pendet aut eam præſupponit; & prius poſſum intelligere Deum vt creatorem quā vt genitorem, cum tamen à parte rei ſit prius genitor quā creator. Tunc autem vnum prædicatum eſt prius altero ſecundum rationem, cum in ordine ad intellectum noſtrum alterius conceptionem, non neceſſariò præſupponit, ſed quantum eſt ex vi conceptus poſſit eſſe ſine alio, non tamen aliud eſſe valet ſine ipſo, quomodo prius in Deo eſt ſecundum rationem intelligere quā amare.

D Quarto conſiderandum eſt ſubiectum, ſiue rem ſubſiſtentem, cui attribuuntur & cuius reſpectu comparantur prædicata eſſentialia & notionalia, poſſe multiplex à nobis conſiderari. Primum eſt Deus vt ſic, qui dupliciter concipi po-
Eteſt: Vno modo vt abſtrahit à tribus perſonis: & ſic ei nulla continentur notionalia: ac proinde reſpectu Dei ſic præcisè concepti nulla dictorum prædicatorum fieri poſſet comparatio. Alio modo concipi poſteſt Deus abſtrahendo ab eo vt hic Deus eſt, & vt pater eſt, id eſt, prout ſubſiſtens quoddam eſt, ſiue etiam hypotaſis aut perſona; & ſic bene poſteſt in eo fieri comparatio eſſentialium & notionalium actuum ſiue prædicatorum. Secundum quod à nobis concipi poſteſt ſubiectum dictorum prædicatorum, eſt pater: cuius duplex etiam eſt conſideratio, nimirum vt Deus ſiue vt hypotaſis quædam

Reſolutio.
Præmiſſa diſtinctione
eſſentialiū
& ordine,
ac eorū mul-
tiplici cōpa-
ratione ad
notionalia,
& ordine
ad propria
perſonarū,
eandem eſſen-
tialia plu-
bus modis
eſſe priora
notionalia.
vbi, &
quædam et-
iam ratione
dicti poſſe ſi-
mulari.

Ordo attri-
butorum.

Comparatio
eſſentialiū
& notionalium
multiplex.

dam est, & ut pater est. Diximus enim *questione* A
precedenti articulo. personam Patris prius intelli-
gi paternitate constitutam ut hypostasis quæ-
dam est abstrahendo ab absoluto & respectivo,
quàm ut pater est.

Ordo com-
muniū &
proprio-
rum.

Quinto advertendum est essentialia, siue com-
munia absoluta in Deo secundum modum no-
strum concipiendi esse priora propriis persona-
rum; quoniam includuntur in intellectu pro-
prium, sed non è conuerso: In intellectu enim
persona patris intelligitur Deus, sed non è
contra, ut asseruit supra S. D. q. 33. a. 3. ad 1.
At ea communia, quæ respectum important
ad creaturas, sunt in duplici differentia: Nam
quædam sunt, quæ pure sunt actiones imma-
nentes, ut intelligere aut velle creaturas, ad
quas actiones sequuntur in Deo respectus ra-
tionis æterni; & hæc etiam communia sunt prio-
ra propriis personarum, ut ibidem aduertit Cai.
hæc enim etiam intellectu propriarum inclu-
duntur, ut perfectiones eorum naturales, non
minus quam alia absoluta ad operationem
minimè pertinentia: Et eadem, immo fortiori
ratione hæc essentialia communia, prout signi-
ficantur cum ordine ad notionalia, ut intelli-
gere, aut velle generationem aut spirationem, erunt
priora notionalibus, ad quæ veluti obiecta res-
piciunt intelligere & velle.

Ad cuius euidentiam considerandum est, ali-
ud esse loqui de actu diuinæ voluntatis, prout
est à parte rei & aliud prout à nobis iuxta mo-
dum imperfecte nostræ cognitionis intelli-
gitur. Nam diuinæ voluntatis actus prout in se est
& actus notionalis nullum habent ordinem ad-
inueniunt, sed omnino simul sunt: sed idem actus
prout à nobis intelliguntur, ordinem habet natu-
ræ virtualem, quo vnum aliud presupponit, ut à
quo non conuertitur consequentia; actus enim
notionalis præcigit essentialem, à quo ad
notionalem non conuertitur consequentia, ut
evidentius patebit ex dicendis. Alia verò essen-
tialia, quæ respectum important ad creatu-
ras, sunt actiones transcentes, de quibus loco
superius allegato S. D. affirmat per posterius
de Deo dici, quàm propria, quæ respectus si-
gnificant personales: quia persona procedens
in diuinis præcedit principium productionis
creaturarum, ut latius ibidem explicatur, &
infra q. 45. artic. 6.

Primus mo-
dus, siue va-
rietas priorita-
tis essentiali-
um.

Ex his ad questionem DICO PRIMO. non
solum predicata essentialia per modum actus primi
significat, & ea quæ nullum dicunt respectum ad crea-
turas, & quæ significant actiones immanentes, cuius rela-
tione rationis ad creaturas, sed etiam ea, quæ dicuntur ha-
bitudinem ad notionalia, esse eisdem notionalibus modo
nostro intelligendi priora: Nam eisdem sunt notionalibus
communia. Et præterea quævis ea generandi
voluntas, quæ generationi præintelligitur in per-
sona patris, non sit per modum desiderij pro-
prie loquendo, nec præcedat generationem à
parte rei; modo tamen intelligendi nostro
concipitur illa voluntas ut prior actu genera-
tionis, & ut respiciens ipsam quali futuram, ut
obiectum quoddam diligibile per amorem
complacentiæ, quo necessaria omnia non solum
præsentia, sed etiam certò futura, quatenus bo-
na sunt, diliguntur à nobis. Considerandum
est enim vnam & eandem Dei patris cognitio-
nem, quæ suam essentiam, personas & actus no-
tionales intelligit, prius à nobis concipi ut no-
titiā simpliciter intelligentiæ, quàm visionem
adeo ut primò Deus pater secundum modum
nostrum concipiendi cognoscat simplici intel-

ligentia personas & actus notionales nondum
ut existentes, deinde completa generatione &
spiratione, eosdem actus & personas per eos
procedentes intueatur ut actu præsentis; sicut
enim patrem generatione priorem intelli-
mus, sic essentialē eius intellectiōnem ac voli-
tionem & reliqua essentialia paulò ante notata
ad infinitā patris perfectionem pertinentia, ut
priora cōcipimus eadem generatione & spira-
tione.

Secundo dico, predicata essentialia quæ di-
cunt ordinem ad notionalia, esse priora notionalibus
in Deo, prout abstrahit ab hoc Deo, & à patre, id est
prout subsistens quoddam est vel hypostasis aut perso-
na, siue sit absoluta siue respectiva. Probatur.
In conceptu Dei sic sumpti clauduntur omnia
essentialia secundum omnem singulorum per-
fectionem: at absoluta perfectio voluntatis
siue volitionis diuinæ postulat ordinem ad om-
ne naturaliter & necessario volitum, tales verò
sunt actus notionalis; igitur in conceptu Dei
sic sumpti clauditur essentialis volitio actuum
notionalium; & eadem ratione intellectio
& quoduis aliud essentialē relationem habens
ad notionalia. Secundo. Deus sic sumptus
prius secundum modum nostrum intelligendi
concipitur ut secundus ad generandum & spi-
randum, antequam generet aut spiret: at
Deus ut sic secundus ad generandum & spiran-
dum potest à nobis intelligi, ut habens ali-
quem actum essentialē intellectus & volun-
tatis, respectu sui sic secundi, & consequenter
respectu generationis quasi futuræ; igitur rectè
prius concipitur à nobis ut intelligens & vo-
lens generationem antequam generet, & spira-
tionem antequam spiret.

TERTIO DICO in Deo sumpto, pro persona 3. modus.
patris, non ut pater est, sed ut Deus, aut hypostasis,
vel persona est abstrahens ab absoluto, & relatiuo, mo-
do superius explicato in 4. a. qu. precedent. essentialia,
predicata, etiam quæ dicunt ordinem ad notionalia,
esse priora eisdem notionalibus. Hoc dictum i-
dem est formaliter cum præcedente & probatur
eisdem argumenti.

QUARTO DICO, probabile esse in patre prout 4. modus
est relatiue constitutus paternitate concepti sumpta,
quod intelligere, ac velle essentialē præcedat actus no-
tionales generationis & spirationis. Probatur; quo-
niam pater antequam generet, concipitur à no-
bis ut intelligens & volens: non actu aliquo no-
tionali, quoniam nullus talis est, aut esse cogi-
tatur in patre ante generationem; ergo actu ef-
fentiali duplici, scilicet intellectus & volunta-
tis; ergo cognoscit & vult pater filij generatio-
nem, antequam generet. Probatur hæc vltima
consequentia; quoniam actus illi essentialē in
patre sunt vndequeque perfecti; igitur respi-
ciunt omne, quod est à Deo naturaliter cogno-
scibile & amabile: constat autem actus notio-
nales naturaliter esse à Deo cognitos & amatos.

POSTREMO DICO, longè probabilius esse pa-
trem, ut relatiue constitutum paternitate concepti, simul sit
non intelligere, ac velle generationem antequam ge-
neret. Probatur quoad intellectiōnem; quia
intelligere patris ut sic proprium est patris, &
sic idem est quod dicere seu intelligere expri-
mendo; Et quamvis simpliciter loquendo intel-
ligere non dicatur notionaliter, sed tantum ef-
fentialiter, ut ait S. D. supra q. 37. a. 1. sumendo
tamen intelligere prout est patris vel in patre,
notionale est non essentialē præcisè; sic enim
dicitur habitudinem non solum ad rem intelle-
ctam, sed etiam ad verbum procedens, saltem im-

plicitè & virtualiter. Itaque licet cogitatione nostra possimus in actu signato relationem patris constitutum separare ab actu intellectio- nis, & sic concipiatur intelligere patris non ut patris, sed absolute & ut essentialia: nunquam tamen apprehendi poterit à nobis intelligere patris ut actu exercitum circa actum notional- em, qui est generatio, nisi ut idem est cum ip- so actu notionali, qui est intelligere exprimen- do, ut scitè aduertit Ferrar. quamvis non rectè idem asserat de patre, ut Deus est vel hyposta- sis, ut patet ex dictis. Cum autem volitio sit in- tellectione posterior, sequitur in patre sic con- stituto non prius esse volitionem generationis, quam sit in eo generatio. Et ex his liquet etiam quid censendum sit de Ripæ sententia, cui fa- uet quartum nostrum dictum.

CONCLUSIO. *PRIMA CONCL. Non ea tantum essentialia predicata, quæ nullum dicunt respectum ad creatu- ras, & ea quæ significant actiones immanentes cum relatione rationis ad creaturas absolute, sed & mul- tū magis ea, quæ dicunt habitudinem ad notionalia, sunt eisdem notionalibus modo nostro intelligendi pri- ora.*

SECUNDA CONCLVS. *Predicata essentialia, quæ dicunt ordinem ad notionalia, priora sunt eis in Deo, prout abstrahit ab hoc Deo, & à patre, siue prout subsistens quoddam est vel hypostasis, aut perso- na, non cogitando an sit absoluta vel relatiua.*

TERTIA CONCL. *Eadem essentialia predi- cata priora sunt notionalibus in persona patris, ut Deus est, vel hypostasis, aut persona, abstrahens ab ab- soluto & relatiuo.*

QUARTA CONCL. *Probabilis est ea senten- tia, quæ ait intelligere & velle essentialia precedere actus notionales in patre, prout est relatiue constitu- tus paternitate concepti sumpti.*

ULTIMA CONCL. *Muldo probabilius est pa- trem ut relatiue constitutum paternitate concepti sumpti non intelligere ac velle generationem ante- quam generet.*

CONTRA primam concl. argum. Zumel. *Primò.* Hæc essentialia includunt aliquo mo- do notionalia, non tanquam intrinseca ipsis, sed tanquam terminos suarum habitudinum; ergo impossibile est intelligere talia essentialia sine tali habitudine, & talem habitudinem sine tali termino. *Resp.* hoc argumento solum probari, non posse vnum intelligi sine alio simul intellecto, non autem sine alio simul ex- istente: alioquin intellectio, qua Deus intelli- git ab æterno creaturas, non posset esse prior ipsis creaturis, ad quas ut ad obiecta secundaria terminatur.

Secundò. Impossibile est intelligere essenti- am, ut communicabilem tribus personis, ex- pressio conceptu, non intellectis ipsis tribus: & impossibile est intelligere relationem ut prio- rem suo termino; sicut etiam respectu visio- nis claræ Dei, impossibile est videre essentialia sine notionalibus, propter intrinsecam habitu- dinem ad illa. *Resp.* ad primam partem, sicut ad præcedens argumentum. Nam & si non possit essentia concipi ut communicabilis absq; hoc, quod intelligatur personæ quibus est commu- nicabilis: potest tamè intelligi ut prius existēs, quam existant personæ, quibus est communica- bilis. Ad secundam partem dico communica- bile tribus dicere relationem fundamentaliter & quasi transcendentalem, quæ prior est suo termino, quod etiam dicendum est de intelli- gere respectu notionalium. Ad tertiam dico non esse simile; quoniam visione beatifica cognosci-

tur Deus prout in se est, hic autem loquimur de cognitione secundum gradum intellectus nostri.

Tertiò. Illa voluntas generandi non est per modum desiderij, sed per modum complacen- tiæ in bono habito; ergo respicit ipsam genera- tionem ut existentem. *Resp.* voluntatem illam etsi propriè & à parte rei non sit desiderij, con- cipi tamen à nobis admodum voluntatis desi- derij, quæ non est de re præsentī, sed futura.

CONTRA eandem concl. & secundam simul argumentatur Molina. *Primò.* Actus diuini in- tellectus nostro intelligendi more cum funda- mento in re antecedit diuinam volitionem, eo quod nihil sit volitum, quin præcognitum: sed actum diuini intellectus consequitur immédia- tē, naturaliter quadam sequela generatio; ergo volitio qua Deus aut pater æternus vult gene- rationem, non ante edit generationem ipsam. *Resp.* primo argumentum probare conclusio- nem nostram. Nam si generatio sequitur ad ac- tum diuini intellectus, ergo præcedit actus in- tellectus, quo intelligitur generatio, & eadem ratione actus voluntatis, quo est volita, cum v- terque actus sit essentialis. Secundò dico intel- lectionem essentialē esse priorem generatio- ne, non autem notionalē; hæc enim est ipsa generatio, & de hac sola procedit argumen- tum.

Secundò. Prius est patrem generare per intel- lectum & filiū generari, quam sit volitio diui- na naturalis; ergo volitio generationis nō ante- cedit generationem, sed concomitatur. Antece- dens probatur; quia naturali volitione pater & filius spirant Spiritum Sanctum, & non solus spirator. *Resp.* falsum esse anteceds. Ad proba- tionem dico patrem & filiū per volitionem naturalem notionalē spirare Spiritum S. non autem per volitionem naturalem essentialē.

Tertiò. Si res concipiuntur ut se habent in Deo, non prius pater est pater, quam sit gene- ratio actiua; ergo non prius est patrem velle ge- nerare quam generationem esse. Anteceds pro- batur; quia pater constituitur actiua generatio- ne in esse patris Conseq. pr. batur; quia pater ut pater vult generare. *Resp.* hoc argumento pro- bari in patre non esse prius à parte rei velle ge- nerare, quam generare: quod non solum admit- timus, sed docemus: sed conclusiones nostræ loquuntur de ordine dictorum actuum secun- dum modum nostrum intelligendi, secundum quem prius esse dicimus in patre velle genera- re, quam generare; & patrem non constitui ge- neratione, sed paternitate.

Quartò adducit testimonium Concilij To- let. XI. & Aug. in dialogo 65. questionum, q. 7. qui- bus nihil aliud probatur, quam filium non pro- duci voluntate patris principiante, siue ad v- trumlibet se habente.

CONTRA eandem concl. & tres sequentes ar- gumentatur Ferrar. *Primò.* Quia S. Tho. de poten- tia q. 2. a. 3. ad 2. expressè ait respectu genera- tionis filij non esse voluntatem in patre præce- dentem, nec tempore nec intellectu, sed tan- tum concomitantem. *Resp.* cum Caiet. nomine voluntatis præcedentis tempore vel natura D. S. ibi intelligere voluntatem ut principium. *Sed hanc respons.* reij. it Ferrariensis; quia sic non satisfieret argumento probanti patrem pro- duxisse filium non tantum voluntate concomi- tante, sed etiam voluntate ut principio: hac rati- one; quia quamvis voluntas non præcedat tem-

Obiect. 3.

Solus.

Obi. 1. contr. 1. & 2. ad.

Solus.

Obi. 2.

Solus.

Obi. 3.

Solus.

Obi. 4.

Obi. 1. contr. omnes con.

Solus.

Explicat.

tem.

tempore generationem filij, præcedit tamen A intellectu; ergo potest poni principium filij. Si enim sensus responsionis esset, quod respectu generationis filij non est voluntas præcedens tempore, nec intellectu ut principij, responderetur conclusioni negando scilicet posse poni voluntatem, ut principium generationis, non autem præmissis, quod est hominis ineruditi. *Resp. D. Tho.* ibi argumento secundo impugnare illam responsionem, quæ dicebat patrem non genuisse filium voluntate præcedente neque consequente, sed concomitante. *Est autem argumentum.* Videtur, quod hæc ratio sit insufficientis; cum enim quicquid est in Deo sit æternum, nihil quod est in Deo, potest tempore præcedere aliquid in Deo existens, & tamen inuenitur, quod aliquid habet ad aliud rationem principij, sicut voluntas Dei ad electionem, quæ eligit iustos, ex hoc solo, quod ab intellectu præcedit; ergo quamvis voluntas generationem filij non præcedat, nihilominus ut videtur, potest poni principium generationis filij, ex hoc quod procedit ab intellectu. *In respons.* autem S. Th. dicit quatuor. *Primum* est. Respectu nullius rei est in Deo voluntas antecedens, quia quicquid aliquando Deus vult, ab æterno vult. Concomitans verò est respectu omnium bonorum, quæ sunt tam in ipso, quam in creaturis; vult enim se esse & creaturam esse. Vbi S. Th. videtur loqui de actu voluntatis, ut in Deo est finis esse, conceditque primam partem argumenti vique ibi, *Et tamen inuenitur.* *Secundum* est. Voluntas præcedens vel antecedens tempore non est nisi respectu creaturæ quæ ab æterno non fuit; & hoc est manifestum. *Tertium.* Voluntas præcedens intellectu est respectu actuum æternorum, qui significantur ad creaturas terminari; sicut dispositio, prædestinatio, & huiusmodi: quod dictum manifestè loquitur de voluntate præcedente in ratione principij. *Quartum.* Generatio filij, cum neque sit creatura, neque ad creaturam significetur terminari, respectu eius non est voluntas præcedens, neque tempore neque intellectu, sed voluntas concomitans. Et in huius dicti sensu tota posita est difficultas. Sed si diligenter consideremus vim & intentionem argumenti, facile percipiemus sensum responsionis. Hoc verò tantum probat argumentum, nimirum coæternitatem eorum, quæ in Deo sunt, non tollere rationem principij in vno respectu alterius, & consequenter ea non obstante posse poni voluntatem esse principium respectu generationis filij. Nam responsio, contra quam tendebat argumentum, videbatur inniti dictæ coæternitati. Vnde etiam præmissis; Videtur, quod hæc ratio sit insufficientis. Responsio autem in quarto dicto directè satisfacit, intendens voluntatem non sic esse præcedentem ut possit aut debeat habere rationem principij respectu generationis, quia neque est creatura, neque ad creaturam significatur terminari. Ex quo patet D. Thom. respondere præmissis, non autem conclusioni.

obi. 2.

Secundò. Non apparet quomodo actui indiuisibili à natura alicuius suppositi naturali necessitate provenienti, & nullo modo impedibili, possit alius eiusdem suppositi illi præintelligi secundum verum modum intellectus; ergo. Probatur antec. quia nihil præintelligitur naturæ ipsius suppositi; ergo nec ullus actus potest huiusmodi naturali operationi præintelligi, sed bene possunt intelligi simul esse plures

operationes naturales, & sic vnam alteri comitem esse. Et hoc eodem argumento vitur Vasq. *Resp.* falsum esse antecedens. Nam superius ostendimus plures posse concipi operationes ratione distinctas in eodem supposito, secundum magis & minus communem eiusdem considerationem: ita ut vna sit alia prior secundum modum nostrum intelligendi. Ad probationem negatur consequentia; quoniam ab vno supposito, præsertim secundum rationes eius diuersas, plures possunt operationes naturales ordinatè procedere.

Tertiò. In ordine intellectus & voluntatis oportet esse statim in aliquo actu intellectus ei naturaliter conueniente, qui à voluntate non proveniat; ergo si aliquis ordo inter huiusmodi actus poni debeat, magis debet dici, generationem filij præcedere voluntatem intellectu, quam è conuerso. *Resp.* nullam esse consequentiam. Nam in patre ut Deus & ut hypostasis quædam est, actui intellectus notionali, qui est generatio, præintelligitur actus intellectus essentialis, ut ante diximus.

Contra easdem conclusiones argumentatur Torres, & post eum Vasq. *Primò.* Etiam si non esset aliquis actus voluntatis circa actus notionales, nihilominus essent actus notionales; ergo actus voluntatis circa actus notionales non præcedit ipsos. Probatur consequentia; quia si præcederet eo ablato tolleretur etiam actus notionalis; quia ablato priori necesse est auferri id quod posterius est. *Resp.* falsum esse antecedens: sicut enim necesse est patrem prius esse Deum & hypostasim quam sit pater, ita necesse est prius esse modo nostro concipiendi essentialia quam notionalia: ac proinde intelligere & velle essentialia ante actum generationis.

Secundò sic arguit Vasq. argumento Gregorij. Patris notitia non potest esse perfectæ antequam generet; ergo nec velle generare. Probatur consequentia; quia velle sine intellectione esse nequit: aut si prius fuit velle generare quam generare, sequitur filium habuisse esse post non esse. *Resp.* notitiam patris duplicem esse secundum rationem: vnam ut Deus vel ut hypostasis quædam est: aliam ut pater est. De priori notitia negatur antecedens; sicut enim ante generationem concipitur ut perfectus Deus, & ut perfectè subsistens siue hypostasis abstrahendo ab absoluto & relativo: ita consideratur ut perfectè cognoscens & volens.

Tertiò. Si actus voluntatis præcedit generationem, aliter præcedere non potest quam origine, sed hoc modo non potest esse prior; quia sequeretur actus notionales esse voluntarios voluntate ut principio; ergo nullo modo præcedit. *Resp.* falsam esse assumptam conditionalem euidenter; sufficit enim ut modo nostro intelligendi in re fundamentum habente præcedat.

Quartò sic arguit in c. 3. Actus voluntatis simplicis quoque complacentiæ, circa actum generationis aut spirationis futurum aut possibilem tantum, non est in Deo; ergo talis actus non potest esse prior aut origine aut etiam secundum rationem, quam actus notionalis. Antecedens probatur; quia Deus non considerat vnquam suam generationem ut futuram aut ut possibilem tantum, quasi per intellectus abstractionem: immo nec potest hoc modo illam considerare; nam Deus omne quod est in ipso

Solut.

Solut.

obi. 3.

Solut.

obi. 5.

Solut.

obi. 6.

Solut.

obi. 7.

ipso intelligit vt præsens, nec potest vnum in-
telligere sine alio; nam etsi nos in ipso intelliga-
mus prius filium esse possibilem quam esse a-
ctu, non tamen debemus considerare ipsum
tāquam intelligentem prius filium suum secū-
dum esse possibile, quam actu existentem; hoc
enim tribuere Deo figmentum est in ipso Deo,
& nos ipsum considerare varijs modis figmen-
tum est, manens solum in nostra intellectu-
ne; ergo &c. *Resp.* falsum esse antec. si sermo sit
de esse in Deo non secundum rem aut forma-
liter & actualiter à parte rei, sed fundamen-
tally & virtualiter, & secundum modum no-
strum intelligendi formaliter. Ad probationē
dico ex ea tantum deduci in Deo secundum se,
non esse actu & formaliter illam actuum distin-
ctionem, ordinem & abstractionem: nec huius-
modi à nobis debere tribui Deo, tāquam for-
maliter & actualiter in eo existentia; sed tamen
rectē Deo tribuuntur à nobis, quatenus modo
rerum creatarum à nobis intelliguntur: sicut et-
iam Deum intelligimus vt prius intelligentem,
deinde volentem, vt prius eligentem deinde
prædestinantem, & prius videntem & intel-
ligentem vnum quam aliud, vt latē superius
explicauimus in materia prædestinationis: quo-
rum actuum distinctionem, vt virtualiter in
Deo existentem, Deus ipse cognouit infinite
perfectius quam homo: quamuis seipsum vni-
co actu minime distincto cognoscat. Quamob-
rem non erit incongruens intelligentia no-
stra, si iuxta modum naturæ suæ diuersa concipiens,
Deum etiam vt ita distinctē & ordinatē
intelligentem apprehendat; hic enim modus
Deo non attribuitur secundum se, sed prout ob-
ijcitur intellectui nostræ: Deo autem solum
attribuitur infinita perfectio, quæ fundamen-
tum est totius multitudinis, distinctionis &
ordinis conceptionum nostrarum.

Obi. 3. Contra eandem conclu. & vltimam argumen-
tatur Suar. *Primò.* Voluntas fertur in rem co-
gnitam; Ergo Pater prius ratione intelligit ge-
nerationem, quam illam velit; Ergo etiam
prius generat. *Respond.* nullam esse secundam
conseq. sufficit enim vt essentiali notitia in-
telligat generationem.

Replica Contra hanc responsi. sic replicat Suarez. *Primò.*
Intelligere essentielle prout in Patre, non
est distinctum etiam ratione à notionali; ergo.
Antec. probatur; quia notionale intelligere
vltra essentielle nihil addit nisi coniunctionem
ad paternitatem.

Secundò eandem responsi. sic arguit. Pater
non vult generationem volūtate quasi deside-
rij, sed voluntate complacentiæ perfectissima,
quæ est de bono existente iam possesso: sed vo-
luntas supponit cognitionem eiusdem boni et-
iam vt existentis & possessi; ergo voluntas
qua pater vult illam generationem, supponit
ipsam generationem iam existentem & cog-
nitam à patre eodem actu quo generat.

Tertiò. Si illud velle præconciatur in Deo
vt sic, iam non concipitur vt determinatum ad
patrem, nec in hoc Deo præconciere possumus
velle generare; cum ille vt sic non gene-
ret. Si autem concipitur in patre, iam concipi-
tur pater, & consequenter etiam generatio.

Solut. *Resp. ad primum* falsum esse antec. loquendo
de patre vt Deus aut prout hypostasis quæ-
dam est. *Secundò* dici posset falsum esse ante-
ced. loquendo de patre vt pater est. Nam po-
test in eo ratione distinguere à dicere.

Et ad probationem negatur antecedens; addit
enim præcipuè ordinem expressionis ad ver-
bum. *Ad secundum* falsam esse minorem, loquen-
do de modo quo nos actum in Deo volitionis
contemplamur. Nam vt ait Suar. *lib. 9. ca. 5.* ad
visionem intuitiuam non supponitur necessa-
riò ex parte termini actualis existentia pro om-
ni signo rationis, sed potest esse prior existen-
tia visionis, quam rei visæ: & eadem ratione
potest esse aut intelligi prior existentia volitio-
nis, quam rei volitæ etiam actu complacentiæ.
Vnde etiam in fine illius cap. addit Suar. dici
posse Spiritum S. in illo signo antequam spire-
tur, apprehendi instar futuri: quia imperfectè
cognoscimus & apprehendimus illa signa &c.
Ad tertium dico, licet hic Deus vt sic non gene-
ret, patri tamen conuenit generatio, non solum
vt pater est, sed etiam vt hic Deus est; alioquin
non generaret Deum: immo ratio generandi est,
quia Deus est: conditio verò quia pater est,
quamuis vnum sine altero non sufficiat. Dixi-
mus autem supra, posse nos concipere personam
generantem, non concipiendo pro illo tunc
conditionem illi necessariam ad generandum.

Et ex his pater solutio ad ea etiam argumen-
ta, quæ militant contra voluntatem anteceden-
tem respectu spirationis Spiritus S. quamuis e-
nim à parte rei productio Spiritus S. sit volun-
taria intrinsecè & per seipsam, vt explicat Suar.
ex Cai. *lib. 6. ca. 4.* secundum tamen modum no-
strum intelligendi præcedit in Deo pater & fi-
lio volūtas essentialis, qua volunt spirationem
Spiritus S. eo modo quo dictum est de volun-
tate generantis respectu generationis.

Et per hæc etiam soluuntur quædam argu-
menta Zumelli.

SECUNDA CONTROVERSIA.

An rectè dici possit Spiritum sanctum procedere li-
berè.

Solut. *SCOTVS* in 1. dist. 10. q. 1. & quol. 16. a. 2. & alibi *Sententie*
ait amorem & productionem Spiritus S. li-
beram esse, & non naturalem: quoniam est ex
perfecta cognitione & intrinseca determina-
tione voluntatis, quæ seipsam mouet ad obie-
ctum cognitum. Hanc opinionem cum eius
fundamentis explicat Vasquez *disput. 161. cap. 2.*
quam etiam sequitur & latius proponit & tue-
tur Rada *contr. 13.* & ascribit eam Richar. Gabr.
Bonau. Ochamo, Marfilio & quibuldam Scoti
expositoribus. Distinguit autem libertatem in
eam, quæ est contradictionis, contrarietatis,
complacentiæ, & eam quam nominat essentia-
lem, quam affirmat ad omnes prædictas præ-
supponi & ab eis includi, sed præcisè sum-
ptam ait ab eis distinguere. Et addit Spiritum S.
produci summè necessariò necessitate simpli-
citer: & tamen cum summa libertate essentiali.
Nec tamen est hæc productio naturalis: quia
voluntas, (inquit) quatenus potentia est, nequit
considerari vt natura, prout natura est princi-
pium actuum distinctum contra liberum, &
potentia naturalis opponitur liberæ.

Oppositam sententiam habet hic A. D. ad 3.
dicens voluntatem vt natura quædam est, ali-
quid naturaliter velle, & Deum naturaliter vel-
le & amare seipsum, & Spiritum S. naturaliter
procedere per modum tamē voluntatis. Quam
sententiam sequuntur non solum Thomistæ,
sed expositores etiam omnes exteri D. Th. & a-
lij Scholastici communiter.

Pro-

Resolutio. PROPRIAM habet hæc controuersia sedem A
Indicantur infra q. 60. a. 1. & q. 82. a. 1. & 2. sed definitionis
principia eius prima fundamenta petenda sunt ex 1. 2. q.
10. a. 1. Quæ verò magis huic loco videbantur
et loca D. Thomæ, ca-
jetani, et aliorum ex
posteriorum, ex quibus
petenda est
resolutio, re.

Notanda est igitur primò causa, cur voluntas ad
aliquid naturaliter moueatur, ex D. Tho. 1. 2. q.
20. a. 1. quam ibi subtiliter explicat Cai. & ex eo-
dem S. D. infra q. 60. a. 1. quam declarat egregiè
Cai. ostendens quomodo ratio naturæ salue-
tur in voluntate.

Secundo obseruanda est trimembris illa distin-
ctio voluntatis secundum tres eius rationes for-
males totidem in intellectu rationibus forma-
libus proportionales: quam hic proponit ad-
uersus Scotum Cai. dicens voluntatem tri-
pliciter sumi posse. Primò pro potentia voliti-
ua, secundo pro eadem potentia, vt est deter-
minata naturaliter ad aliquod obiectum, tertio
pro eadem potentia, vt est indeterminata ad
vtrumlibet. Vbi etiam naturalem voluntatis
determinationem distinguit in eam, quæ est se-
cundum specificationem actus tantum, & in
eam, quæ est etiam secundum eiusdem actus ex-
ercitium.

Tertio notanda est triplex differentia natura-
liter voliti, quam tangit S. D. in 1. 2. loco superius
allegato, & latè declarat ibidem Cai.

Quartò aduertendum est, naturale & liberum,
non esse differentias actuum, penes per se pri-
mò obiecta distinctiua potentialium, sed esse tã-
tum differentias modi agendi, vt hic probat, &
explicat Cai. super hoc a. sed melius & profun-
dius in 1. 2. q. 10. ar. 1. ad tertium argum. D.
Th.

Postremò lege si placet, quæ scribunt hic
Ban. & Zumel. & Vasq.

**Conclusio
vnica.**

His prænotatis sit vnica conclusio. Spiritus S.
non liberè sed necessariò simpliciter, & naturaliter
procedit à patre & filio, non tamen per modum na-
ture, sed per modum voluntatis. Probatur. Spiri-
tus S. procedit per actum amoris, quo pater
& filius amant essentiam & diuinas personas:
sed hæc omnia amant necessariò, naturaliter
& non libere; ergo. Secundam partem
nostræ conclusionis, nimirum Spiritum
Sanctum necessariò procedere, affirmat
Scotus & probat eam Rada multis argumen-
tis.

CONTRA nostram concl. quo ad primam
& tertiam eius partem, sunt argumenta Scoti,
quæ referunt & soluunt Capr. in 1. dist. 6. q.
1. Cai. & alij super hoc a.

Obi. 1.

Contra eandem conclusionem producit Ra-
da multa ex argumentis Scoti, iam à Cai. solu-
tis: quibus etiam adiungit alia quædam exigui
momenti.

Primum est. Voluntas vt natura, vel est eadè
potentia cum seipsa vt potentia libera est, vel
alia. Si eadem; ergo habet actionem & modum
actionis eiusdem rationis, prout natura est,
cum actione & modo actionis, quem habet pro-
ut est libera; quia vnus potentia vnica est actio
vnus rationis, & vnus operandi modus: sed
prout libera liberè operatur; ergo & prout est
natura. Si verò alia est potentia; ergo voluntas
est duplex potentia. Et confirmatur; Quia vo-
luntas vt natura non potest habere actionem

Confr.

per modum libertatis: nec voluntas vt libera,
actionem per modum naturæ elicitam; ergo sunt
potentiæ omninò oppositæ & alterius ratio-
nis, &c.

Resp. in ea particula, vt potentia libera est, solui-
dictionem illam vt posse, dupliciter sumi: Vno
modo, vt specificat potentiam sub ea ratione,
qua libera est formaliter: & ita negamus volun-
tatem, vt natura est, esse eandem potentiam
cum seipsa vt libera est: non quòd sint duæ
potentiæ, sed quia sunt duæ rationes formales
eiusdem potentia. Alio modo sumi potest dictio
illa, vt, quatenus specificat voluntatem, siue po-
tentiam vt materialiter & identicè ac subiecti-
uè liberam: & ita dicimus, voluntatem vt
B natura est, esse eandem potentiam secundum
rem, in qua veluti in vno communi subiecto
conueniunt duæ rationes formales, naturæ sci-
licet & libertatis: & iuxta sensum hunc ad argu-
mentum nego consequentiam. Ad probationem
negatur assumptum: Falsum est enim vnus po-
tentia secundum rem esse vnà actionem vnus
rationis, & vnum operandi modum. Et per hoc
diluitur etiam confirmatio: probat enim solum
duarum rationum formalium distinctionem in
vna potentia.

Contra hanc responsionem sic argumentatur Rada repli-
Rada. Sicut implicat duas differentias idem ge-
neris diuidentes inesse eidem speciei: ita impli-
cat idem principium specie & numero habere
C diuersos & oppositos modos operandi, quales
sunt, agere liberè & naturaliter; ergo. Antec.
probatur; quia tales modi ex æquo & imme-
diatè diuidunt principium actuum.

Resp. nullam esse similitudinem assumptam solar.
in antecedente; quia liberum & naturale non
sunt differentia per se diuidentes potentiam, sed
modum potentia. Vnde ad probationem ne-
gatur antecedens.

Secundo principaliter. Omnis actus volun-
tatis est à voluntate, vt voluntas est; ergo vt li-
bera est. Resp. nullam esse consq. quia voluntas, solui.
vt voluntas, duplicem habet rationem for-
malem & modum, scilicet naturæ & liberta-
tis.

Tertio prædictas responsiones sic arguit. Si obiect. 3.
modi illi specificè distinguuntur; ergo poten-
tiæ quibus insunt, specificè etiam distinguun-
tur; ergo est alia potentia vt natura, à se vt li-
bera est. Resp. nullam esse consq. vt patet ex dictis solui.
& notatis à Caetano.

Quartò. Summa necessitas stat cum summa obi. 4.
libertate; ergo ob id, quòd Spiritus S. proce-
dat necessariò, simpliciter non est negandum,
quòd procedat liberè. Antec. probatur. Primò;
quia voluntas diuina necessariò vult bonita-
tem suam, & tamen volendo eam est libera;
ergo. Probatur hoc assumptum; quia volun-
tas diuina refert ad finem alia obiecta, quæ sunt
volubilia propter finem; igitur ipsa sub eadem
ratione potentia est operatiua circa vtrum-
que; sed circa ea quæ sunt ad finem operatur
sub ratione potentia libera; ergo etiam cir-
ca finem operabitur sub ratione potentia li-
bera. Probat primam consequentiam; quia
potentia operans circa vnum obiectum non ab-
solutè, sed in ordine ad aliud, eadem sub ea-
dem ratione est operatiua circa vtrumque.
Quod patet, ex 2. de anima, text. 146. vbi di-
citur: quòd potentia illa, qua cognosci-
mus differentiam vnus obiecti ab alio, illam
& sub eadem ratione potentia cognoscit vtrū-
que; ergo. Similiter in proposito: Potentia ope-
rans

rans circa vnum obiectum in ordine ad aliud, ipsa sub eadem ratione potentia operabitur circa vtrumque. *Et confirmatur*; quia alias oportet constituitur vnam potentiam, quae versaretur circa finem; & aliam circa media. *Secundo* probat idem antecedens. Libertas est conditio intrinseca voluntatis absolute, vel in ordine ad actum volendi; ergo est composibilis, cum conditione perfecta operationis perfectae circa perfectissimum obiectum; sed talis conditio in operatione perfecta est necessitas; ergo libertas est composibilis cum necessitate. Antecedens est manifestum; quia voluntas natura sua intrinseca libera est. Conseq. probatur; quia conditio intrinseca potentiae quae secundum se nullam dicit imperfectionem, non potest esse contraria perfectioni operationis eiusdem potentiae. Quod autem talis conditio perfecta sit necessitas, patet; quia perfectio voluntatis, ut voluntas est, est diligere Deum; ergo perfectionis est habere illam operationem firmiter & necessario. Et confirmatur; quia posse non habere illam dicit imperfectionem; ergo necessario habere illam, perfectionis est maxima. *Tertio* probatur idem antecedens. Actio circa vltimum finem, ut finis est, est perfectissima; ergo necessitas in tali actione non tollit, sed magis ponit id, quod ad eius perfectionem per se pertinet: sed libertas maxime eam perficit; ergo necessitas, quae in tali actione reperitur, non tollit, sed ponit potius libertatem. Probat assumptionem; quia actio libera ex natura sua est perfectior cunctis operationibus. *Quarto* probatur idem antecedens. Quando actio voluntatis circa finem vltimum est magis necessaria, tanto est liberior; ergo summa necessitas est composibilis cum summa libertate. Antec. probatur. Quia secundum Anselm. & Aug. illa voluntas est liberior, quae omnino à rectitudine deuiare non potest. Sed illa, quae necessario simpliciter diligit bonum infinitum, à rectitudine nullatenus deuiare potest; ergo illa est liberrima; sed talis est diuina voluntas respectu dilectionis Dei & productionis Spiritus S. ergo est respectu earum liberrima. *Resp.* ad argumentum principale falsum esse antecedens. *Ad primam* probat. negatur assumptum. Ad cuius probationem respondetur cum Cai. falsam esse consequentiam. Ad cuius probationem dico potentiam operantem circa vnum obiectum in ordine ad aliud esse operatiuam circa vtrumque, sub eadem ratione formali obiecti ut obiectum est, non tamen eodem modo: sicut patet de intellectu operante circa principia in ordine ad conclusiones, sub eadem ratione formali entitatis scilicet & veritatis, qui tamen circa vtrique non eodem modo operatur; quia circa principia intelligendo simpliciter, circa conclusiones autem discurrendo. Similiter & voluntas fertur in finem, & in ea quae sunt ad finem sub eadem ratione formali bonitatis, non tamen eodem modo; quia finem appetit naturaliter, alia vero quae non necessariam habent cum eo connexionem, appetit liberè: in finem fertur volitione, prout est formaliter intentio: ea vero quae sunt ad finem appetit eodem actu, prout est electio. Et per hæc patet sensus dicti Aristot. in 2. de anima: eadem enim potentia cognoscit differentiam duorum, sub eadem ratione formali obiecti ut obiectum est. *Ad confirm.* autem dico non esse necesse constituitur duas potentias, propter diuersum modum operandi: ubi est eadem ratio formalis obiecti, ut obiectum est. *Ad secundam* probat. antecedentis ne-

gatur assumptum, loquendo de voluntate quoad omnem actum vniuersaliter, seu quoad eius actum absolute. Ad probat. dico voluntatem suam natura intrinseca liberam esse, non tamen quoad omnem actum. *Ad tertiam* probat. nego libertatem perficere actionem circa vltimum finem, ut finis est. Ut enim hic aduertit Caiet. Dei volitio & productio libera, licet secundum se, siue ex parte volentis aut producentis dicat perfectionem, dicit tamen imperfectionem in liberè voluto & realiter producto: & ideo nulla potest in actu diuinæ voluntatis esse libertas circa vltimum finem. *Ad quartam* probat. negatur antec. Ad probationem ex Aug. & Anselm. respondetur cum Caiet. dictos sanctos loqui de actibus necessarijs sola necessitate immutabilitatis, quae non repugnat libertati. *Secundo* dico eos loqui de libertate, non simpliciter sed à seruitute peccati, vel à coactione, quomodo S. D. de potentia q. 10. a. 2. dixit amorem Dei & processionem Spiritus S. liberam esse; actus vero dilectionis, quo Deus amat suam bonitatem, & quo procedit Spiritus S. est necessarius simpliciter & ideo absolute & proprie loquendo non est liber, sed naturalis & necessarius.

Sed in stat. Rada & probat D. Tho. asseruisse Spiritum S. liberè à Patre procedere, non prout liberum distinguitur contra violentum siue coactum; quia sic D. Th. non satisfacisset argumento, quod loquebatur de propria libertate voluntatis: libertas autem quae præcisè dicit non coactionem, non est propria voluntati; conuenit enim omnibus agentibus naturalibus, dum suos naturales producant effectus: ignis namque cum producat ignem non violenter & coacte producit: & lapis dum tedit deorsum tendit non coacte. *Præterea.* Si per libertatem voluntatis intellexit D. Th. non coactionem; ergo in eadem significatione, in qua concedit loco allegato productionem Spiritus S. esse per modum voluntatis & libertatis, concedit etiam quod productio verbi diuini omni actu voluntatis præciso erit per modum voluntatis & libertatis; quia ita Verbum procedit non coacte sicut & Spiritus S. Sed hæc ibi expresse negat in toto illo articulo; ergo per libertatem non intelligit ibi præcisè non coactionem, sed aliquem modum libertatis proprium ipsi voluntati, per quem in agendo distinguitur ab agente per modum naturæ. *Postremo.* Quia D. Th. in dictis verbis loquitur de libertate absolute, prout voluntati competit, cui necessitatem naturalem opponi negat, sed solum violentiam & coactionem. *Resp.* ad primum falsum esse rebus omnibus naturalibus conuenire non coactionem. Ut enim ait Dur. in 2. dist. 25. q. 4. & Medin. 1. 2. q. 6. a. 4. cogi solum animalia dicuntur in quibus inuenitur voluntarium: violentia vero conuenit etiam rebus inanimatis. *Ad secundum* negatur conseq. quia generatio Verbi non est à voluntate, ut principio eliciete, & ut inclinatio ab inclinatione, respectu cuius affirmatur aut negatur coactio, sicut processio amoris, cuius principium elicitium est voluntas. *Ad vltimum* dico D. Thom. ibi loqui de libertate voluntatis, extenso vocabulo ad

libertatem etiam improprie dictam.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum actus notionales sint de aliquo.

216.
1. dist. 5. q. 2.
a. 1. & 2. &
3. dist. 11. a.
1. ad 1.

Lib. 7. de tr.
non procl.
à fine lib.

AD Tertium sic proceditur. Videtur, quod actus notionales non sint de aliquo. Quia si pater generat filium de aliquo, aut de seipso, aut de aliquo alio. Si de aliquo alio, cum id de quo aliquid generatur, sit in eo quod generatur, sequitur quod aliquid alienum à patre sit in filio. Quod est contra Hilar. 7. de trin. ubi dicit, Nihil in his diuersum est, vel alienum. Si autem filium generat pater de seipso, id autem de quo aliquid generatur, si sit permanens, recipit eius predicationem quod generatur: sicut dicimus, quod homo est albus, quia homo permanet, cum de non albo sit albus. Sequitur igitur, quod pater vel non permaneat genito filio, vel quod pater sit filius, quod est falsum. Non ergo pater generat filium de aliquo sed de nihilo.

2. Præterea. Id de quo aliquid generatur, est principium eius quod generatur: si ergo pater generat filium de essentia vel natura sua, sequitur, quod essentia vel natura patris sit principium filij. sed non principium materiale quia materia locum in diuinis non habet. Ergo est principium quasi actiuum, sicut generans est principium geniti. Et ita sequitur, quod essentia generet. Quod supra improbatum est.

q. 41. art. 3.
7. de tr. c. 7.

3. Præterea. Augustinus. * dicit, quod tres persone non sunt ex eadem essentia: quia non est aliud essentia, & persona. Sed persona filij non est aliud ab essentia. Ergo filius non est de essentia patris.

4. Præterea. Omnis creatura est ex nihilo: sed filius in scripturis dicitur creatura. Dicitur enim Eccles. 24. ex ore sapientie genita. Ego ex ore altissimi prodij primo genita ante omnem creaturam. Et postea ex ore eiusdem sapientie dicitur. Ab initio, & ante secula creata sum. Ergo filius non est genitus ex aliquo, sed ex nihilo. Et similiter potest obijci de spiritu sancto propter hoc quod dicitur Zacha. 12. Dixit Dominus extendens caelum, & fundans terram, & creans spiritum hominis in eo. Et Amos 4. secundum aliam litteram. Ego formans montes, & creans spiritum.

e. 1. cir. fin.
10. 3.

Sed contra est, quod Augustinus. dicit in lib. de fide ad Pet. Pater Deus solus est de sua natura, sine initio genuit filium sibi aequalem.

e. 27. art. 2. supra,
q. 33. art. 2. c. 3.

Respondendo dicendum, quod filius non est genitus de nihilo, sed de substantia patris. Offensum est enim quod paternitas, & filiatio, & natiuitas verè & propriè est in diuinis. Hoc autem inter est inter generationem veram, per quam aliquis procedit, ut filius, & factionem, quod faciens facit aliquid de exteriori materia: sicut scannum facit artifex de ligno: homo autem generat filium de seipso. Sicut autem artifex creatus facit aliquid ex materia,

q. 45. art. 1.

ita Deus facit ex nihilo (ut infra ostendetur *) non quod nihil cedat in substantiam rei, sed quia ab ipso tota substantia rei producit, nullo alio presupposito. Si ergo filius procederet à patre de nihilo existens, hoc modo se haberet ad patrem, ut artificiatum ad artificem: quod manifestum est nomen filiationis, propriè habere non posse, sed solum secundum aliquam similitudinem. Vnde relinquitur quod si filius Dei procederet à patre, quasi existens ex nihilo: non esset verè, & propriè filius. Cuius contrarium dicitur 1. Ioan. vlt. Ut simus in vero filio eius Iesu Christo. Filius igitur Dei verus non est ex nihilo, nec factus, sed tantum genitus. Si qui

Naz. in 1. part. D. Th. tom. 2.

Autem ex nihilo à Deo facti filij Dei dicantur, hoc erit metaphoricè secundum aliqualem assimilationem ad eum qui verè filius est. Vnde in quantum solus est verus & naturalis Dei filius dicitur vnigenitus, secundum illud Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit: in quantum vero per assimilationem ad ipsum alij dicuntur filij adoptiui, quasi metaphoricè dicitur esse primogenitus, secundum illud Roman. 8. Quos præsciuit & prædestinauit fieri conformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus, in multis fratribus. Relinquitur ergo, quod Dei filius sit genitus de substantia patris, aliter tamen, quam filius hominis. Pars enim substantie hominis generantis transit in substantiam geniti, sed diuina natura impartibilis est. Vnde necesse est quod pater generando filium, non partem naturæ in ipsum transfuderit, sed totam naturam ei communicauerit, remanente distinctione solum secundum originem, ut ex dictis patet.

q. 27. art. 2.

Ad Primum ergo dicendum, quod cum filius dicitur natus de patre, hæc præpositio, de, significat principium generans consubstantialitatem, non autem principium materiale. Quod enim producitur de materia, fit per transmutationem illius, de quo producit in aliquam formam. Diuina autem essentia, non est transmutabilis, neque alterius forme susceptiua.

Ad Secundum dicendum, quod cum dicitur filius genitus de essentia patris, secundum expositionem Magist. 5. dist. 1. sententiarum designat habitudinem principij quasi actiui. Vbi sic exponit. Filius est genitus de essentia patris, id est, de patre essentia: propter hoc quod August. 15. lib. de Trinit. * dicit, Tale est quod dico de patre essentia, ac si expressius dicerem de patris essentia: Sed hoc non tri. c. 13. in videtur sufficere ad sensum huiusmodi locutionis. Possumus enim dicere, quod creatura est ex Deo essentia: non tamen quod sit ex essentia Dei. Vnde aliter dici potest, quod hæc præpositio, de, semper denotat consubstantialitatem. Vnde non dicimus, quod domus sit de edificatore, cum non sit causa consubstantialis. Possumus autem dicere quod aliquid sit de aliquo, quocunque modo illud significetur, ut principium consubstantialitatem, siue illud sit principium actiuum, sicut filius dicitur esse de patre: siue sit principium materiale, sicut cultellus dicitur esse de ferro, siue sit principium formale in his duntaxat, in quibus ipsæ forme sunt subsistentes, & non aduenientes alteri. possumus enim dicere, quod angelus aliquis est de natura intellectuali. Et per hunc modum dicimus, quod filius est genitus de essentia patris, in quantum essentia patris filio per generationem communicata in eo subsistit.

Dignificetur, ut principium consubstantialitatem, siue illud sit principium actiuum, sicut filius dicitur esse de patre: siue sit principium materiale, sicut cultellus dicitur esse de ferro, siue sit principium formale in his duntaxat, in quibus ipsæ forme sunt subsistentes, & non aduenientes alteri. possumus enim dicere, quod angelus aliquis est de natura intellectuali. Et per hunc modum dicimus, quod filius est genitus de essentia patris, in quantum essentia patris filio per generationem communicata in eo subsistit.

Ad Tertium dicendum, quod cum dicitur filius est genitus de essentia patris, additur aliquid, respectu cuius potest saluari distinctio. Sed cum dicitur, quod tres persone sunt de essentia diuina, non ponitur aliquid respectu cuius possit importari distinctio per præpositionem significata. Et ideo non est simile.

Ad Quartum dicendum, quod cum dicitur, sapientia est creata, potest intelligi, non de sapientia, quæ est filius Dei, sed de sapientia creata, quam Deus indidit creaturis. Dicitur enim Eccles. 1. Ipse creauit eam, scilicet sapientiam spiritus sancto, & effudit illam super omnia opera sua. Neque est inconueniens quod in vno contextu locutionis loquatur scriptura de sapientia genita & creata, quia sapientia creata est participatio quedam sapientie increate, vel potest referri naturam creatam assumptam à filio, ut sit sensus: Ab initio & ante secula

De creatura

creata sum, id est, premissa sum creatura vniri. Vel A per hoc, quod sapientia creata & genita nuncupatur, modus diuine generationis nobis insinuat. In generatione enim, quod generatur, accipit naturam generantis, quod perfectionis est. In creatione vero creatis non mutatur, sed creatum non recipit naturam creatis. Dicitur ergo filius simul creatus & genitus: vt ex creatione accipiat immutabilitas patris, & ex generatione vnitas natura in patre & filio. Et sic exponitur intellectus huius scripturae ab Hil. 1. lib. de synodis. Auctoritates autem inductae non loquuntur de Spiritu sancto, sed de spiritu creato: qui quandoque dicitur ventus, quandoque aer, quandoque status hominis, quandoque etiam anima vel quacunque substantia B inuisibilis.

Lib. de syn.
in 2. f. post
lib. princ.

Sensus quaestri.

SVMVNTVR hic actus notionales, vt ex-
Sercitè significantur per verba: vt cum di-
co, pater generat, pater & filius spirant.
Igitur querere, an actus notionales sint de al-
liquo, est querere, an generatio filij sit de
aliqua re, puta substantia patris: & similiter
an processio Spiritus Sancti sit ex substantia
patris & filij, aut ex aliqua alia re, vel ex
nihilò. Et quoniam eadem prorsus est ratio,
& eadem quaestio de personis procedentibus,
quæ est de actibus notionalibus, immò pro-
pter personas proponitur quaestio de actibus,
eo quod præintelligantur vt viæ ad personas
ipsas procedentes, ideò in conclusione respon-
det de persona filij.

Forma Textus.

CONCL. est. Filius non est genitus de nihilo,
sed de substantia patris. Probat hanc con-
clusio. Primò quoad priorem partem negan-
tem. Si filius procederet à Patre, quasi ex-
istens ex nihilo, non esset verè & propriè fi-
lius: sed hoc est falsum: Ergo. Falsitas cõ-
sequenti probatur dupliciter. Primò quia
supra ostensum est paternitatem & filiationem
& natiuitatem verè & propriè esse in diuinis.
Secundò: quia prima Ioannis vltimo dicitur, vt
simus in verò filio eius Iesu Christo. Consequen-
tia verò probatur. Si filius, procederet à pa-
tre vt de nihilo existens, hoc modo se habe-
ret ad patrem vt artificiatum ad artificem: sed
artificiatum non potest habere propriè nomen
filiationis, sed solum secundum aliquam si-
militudinem: ergo si filius procederet à pa-
tre, quasi existens ex nihilo, non esset verè
& propriè filius. Prima propositio condi-
tionalis probatur. Hoc interest inter gene-
rationem veram per quam aliquis procedit vt
filius, & factionem, quòd faciens creatum pu-
tà artifex facit aliquid de exteriori materia,
vt scamnum ex ligno, & faciens increatum
vt Deus facit ex nihilo; generans autem putat
homo generat filium de seipso, ergo si filius
procederet à patre vt de nihilo existens &c.
Antecedens quoad eam partem, quæ ait Deum
facere ex nihilo, manifestatur explicando
legitimum eius sensum, vt patet in textu.
Deinde probat S. Doct. aliam propositionem,
videlicet artificiatum non posse habere pro-
priè nomen filiationis, soluendo tacitam ob-
iectionem, ibi si qui autem ex nihilo &c. Deni-
que probatur altera pars conclusionis affirma-
tiua, scilicet Dei filium esse genitum de sub-
stantia patris, deducendo ipsam ex discursu seu

probatione partis præcedentis. Nam si gene-
rans generat filium, non de exteriori mate-
ria, neque ex nihilo; igitur illum generat
de substantia sua. Manifestatur eadem pars
ostendendo quomodo differenter filius Dei,
& filius hominis dicatur genitus de substantia
patris, vt perspicue patet in textu.

Expositio Textus.

CONCL. D. Thom. est Catholicæ fidei cõ-
fessio aduersus Arrianam impietatem.
Cuius conclusionis veritatem plurimis & eu-
dentibus Sacrarum litterarum testimonijs latè
probat & explicat August. à Magistro relatus
in 1. dist. 5. & definiunt plura Concilia, quæ di-
ligenter notauit Mol. disput. 1. Torres in suo
comm. tribus eandem conclusionem probat ar-
gumentis, vbi etiam quibusdam in eam pro-
latis & solutis argumentis illius veritatem illu-
strat, & responshones ad argumenta huius arti-
culi declarat.

CONTROVERSIA VNICA.

Quo sensu verum sit filium esse de sub-
stantia patris.

CVm dicimus filiū esse de substantia patris, Sensus qua-
dictione illa de principiū cõsubstantialia si-
gnificamus, siue illud sit actiuum sicut filius sit, & Sen-
dicitur esse de patre, siue materiale sicut cul-
tellus dicitur esse de ferro; siue sit principium-
formale, in ijs dumtaxat, in quibus formæ
ipsæ sunt subsistentes: vt si dicam, Angelus
Gabriel est de natura intellectuali. Dubitatur
itaque quod, siue quale principium significetur
illa dictione de.

REFERT Capr. in 1. dist. 5. quæst. vnica sen-
tentiam Dur. & Henrici dicentium particu-
lam illam de significare principium quasi ma-
teriale, præcisa omni imperfectione: quemad-
modum eadem particula significatur, cum di-
cimus cultellum esse de ferro. Eandem senten-
tiam immeritò ascribunt D. Thom. Torr. Zu-
mel. & Ban.

Vasq. dicit quatuor. Primum. Negari non
potest id, quod ait Driedo, non esse veram re-
gulam illam Augustini, videlicet dictionem
illam de significare principium consubstantialia-
le, cum nonnunquam significet efficiens, vt
Matth. primo: Quod enim in ea natum est, de Spi-
ritu S. est. & in Symbolo: Qui conceptus est de Spi-
ritu S. Secundum. Illa particula de non significat
principium quasi formale, vt rectè ait Bonau.
contra D. Thom. Tertium. Dicta particula
denotat formale principium siue consubstan-
tiale, si referatur ad essentiam: si verò refera-
tur ad nomen patris, denotat simul principiū
originis. Quartum. Nihil videtur ob stare, quo
minus dicatur pater de substantia diuina, & o-
mnes personæ similiter.

Valentia dicit tria. Primum. Si quaestio pro-
posita sit de modo nostro concipiendi, dici po-
test personam productam esse de essentia tan-
quam de materia, attendendo solum ad aliquos
conceptus inadequatos & communiore, quos
habemus de materia, & potest etiam dici per-
sonam esse productam de essentia tanquam de
forma totali subsistenti. Secundum. Si qua-
estio sit de re, certum est filium nō esse de sub-
stan-

stantia patris tanquam de materia, sed potest dici secundum rem filium esse de essentia tanquam forma, si per formam intelligamus quancunque perfectionem quouis modo pertinentem ad substantiam, & actualitatem alicuius: & isto modo potest intelligi sententia D. Th. quamquam exemplum, quod ad explicandum petit ex natura Angeli, non satis accommodatum esse videtur ad propositum. *Tertium.* Magis propriè dicimus filium esse de essentia patris, tanquam de principio quo originis non adequato, sed inadæquato.

Resolutio. Sciendum est primò ex D. August. in libro de natura boni, quem refert Magister in 1. dist. 36. non hoc significare penitus ex ipso, quod de ipso: Nam omne quod de ipso est, potest dici esse ex ipso, sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso; quia non est de sua substantia: *Ex ipso enim* (inquit August.) *sunt celum, & terra, quia ipse fecit ea; non autem de ipso, quia non de substantia sua.* Sicut aliquis homo, si generat filium, vel facit domum, ex ipso est filius, ex ipso est & domus: sed filius de ipso, domus vero de terra, & ligno non de ipso. Hæc August. Cuius differentia rationem assignat S. D. in 1. dist. 5. quæst. 2. art. 1. eo quod hæc præpositio de propriè designat principium, & consubstantialitatem: hæc autem præpositio ex designat tantum ordinem principij. Vnde quandoque notat ordinem temporis tantum, ut ex mane fit dies: quandoque ordinem principij agentis, sicut artificata sunt ex artifice: quandoque principium materiale, ut cultellus fit ex ferro: sed de cum notet consubstantialitatem, semper notat vel principium materiale sicut cultellus est de ferro: vel agens consubstantiale sicut dicimus hominem filium generari de patre suo & de essentia patris, tamen de patre sicut de generante, & de essentia sicut de principio generationis communicato. Quod autem dicitur Matth. 1. & in Symbolo Dei filium esse conceptum de Spiritu Sancto, exponitur à D. Thom. 3. p. quæst. 32. art. 2. dicente Christi conceptionem non attribui soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo ratione ipsius corporis. Duplicem verò habitudinem in Spiritu Sancto considerari respectu Christi: vnam consubstantialitatis ad filium Dei, qui dicitur esse conceptus: alteram efficientis ad eius corpus; quam duplicem habitudinem significat illa præpositio de, adeo ut cum dicitur Christus conceptus esse de Spiritu Sancto, efficientia referatur ad corpus assumptum: consubstantialitas verò ad personam assumptam. Quare, ut ibidem ait S. D. ad 1. corpus Christi, quia non est consubstantialia Spiritui Sancto, non propriè potest dici de Spiritu Sancto conceptum, sed magis ex Spiritu Sancto, ut ait Ambrosius lib. 25. de Spiritu S. c. 5. Ex quo patet Driedonem & Vasque in cautè, ne dicam temerè, reprehendisse dictarum vocum differentiam assignatam à D. Aug. & D. Thom.

*Driedonis
& Vasque
huius censura
reprehendi
tur.*

*Conciliantur
varia dicta
D. Thom. de
habitudine
causalitatis
impositæ
per præposi-
tionem de, &
suum principium
actiuum. Et in 1. dist. 5. q. 2.
fauisti quæ-
stionem principia-
li.*

Secundò Considerandum est ex D. Thom. supra q. 39. art. 2. ad 5. præpositionem ex vel de non designare habitudinem causæ formalis, sed magis habitudinem causæ efficientis vel materialis, quæ causæ in omnibus distinguuntur ab ijs, quorum sunt causæ: nihil enim est sua materia, aut suum principium actiuum. Et in 1. dist. 5. q. 2. ad 1. & ad 4. ait præpositionem de non significare tantum consubstantialitatem, sed etiam ordinem ad principium, qui ordo non saluatur

dicendo, filius est de essentia, aut pater est de essentia filij. Et hic in respons. ad 3. ait: Cum dicitur filius est de essentia patris, additur aliquid, respectu cuius potest saluari distinctio: sed cum dicitur, tres personæ sunt de essentia diuina, non ponitur aliquid, respectu cuius possit importari distinctio per dictam præpositionem significat. In responsione autem ad secundum docet præpositionem de, semper significare principium consubstantiale, siue actiuum, siue materiale, siue formale: & ita dici posse Angelum aliquem esse de natura intellectuali; & in eodem sensu verè dici filium esse de essentia patris, in quantum essentia patris filio per generationem communicata in eo subsistit.

Ex quibus triplex confurgit dubitatio. *Prima Dubit. triplex.* est; quia S. D. supra negauit præpositionem ex vel de significare habitudinem causæ formalis, hic autem affirmat posse per dictam præpositionem significari habitudinem causæ, siue principij formalis, in ijs in quibus ipsa formæ sunt subsistentes. *Secunda* est; quoniam hic & ubiq; negat dici posse vnam aut tres personas esse de essentia diuina: cum tamen eadem esse ratio videatur de hac propositione, Pater vel filius est de essentia diuina, sicut de hac, Angelus Gabriel est de natura Angelica, quam hic approbat S. D. Ex quibus emergit *tertia dubitatio.* Nam si verum est per dictam præpositionem de significari semper ordinem ad principium realiter distinctum, incongruè & falsò diceretur Gabriel esse de natura Angelica.

Ad hæc dico primò præpositionem de non significare habitudinem causæ formalis præcisè, sicut nonnunquam significat habitudinem causæ materialis præcisè, sed semper cum habitudine causæ formalis; significat etiam habitudinem originis ad agens siue producentem; Quo fit, ut non rectè dici possit filium esse de essentia diuina, quia significaretur ordo ad eam, ut ad principium producentem. Cum autem hic ait Angelum esse de natura intellectuali, locutio imperfecta est & supplenda hoc modo: Angelus hic à Deo productus est de natura intellectuali: sicut etiam rectè dicitur filius esse genitus de essentia patris. *Secundò* dico diuersam esse rationem de Angelo respectu suæ naturæ, & de filio Dei respectu naturæ diuinæ; Nam Angelus nō est sua natura, cum in eo distinguatur realiter suppositum à natura, esse ab essentia, potentia habitus & operationes ab eius substantia: & ideo saluatur quædam realis causalitas formalis Metaphysica, & realis distinctio inter naturam Angeli & ipsum Angelum: ac proinde congruè dicimus Angelum esse de natura intellectuali ut principio formali, non autem filium Dei esse de natura, vel de essentia diuina. Et quia ubi non est realis distinctio, non est etiam verè & propriè causalitas, ideo S. D. supra dixit per dictas præpositiones non significari habitudinem causæ formalis, sed magis efficiētis aut materialis, quia forma nō sēper distinguitur à re producta, ut patet in Deo genito & spirato. Materia verò & efficiens semper distinguuntur ab effectu. *Tertiò* dico D. Th. supra negasse per dictas præpositiones significari formam, quia nō possunt denotare quancunque formam, sed tantum subsistentem, ut explicatur hic ad secundum. *Quartò* dico locutionem illam D. Th. esse comparatiuam, non absolutam, sic enim ait: Hæc præpositio ex, vel de, non designat habitudinem causæ formalis, sed magis habitudinem cau-

2. Solus.

3. Solus.

4. Solus.

sa efficientis, vel materialis. Qua forma loquendi A
non videtur penitus excludere causam forma-
lem, sed tantum insinuare minus propriè & in-
paucioribus illam denotari. *Postremo dico per*
dictas præpositiones non denotari causam forma-
lem formaliter loquendo, quia significatur
ad modum, & similitudinem causæ materialis,
vt patet ex immediatè dicendis.

Nota modò
loquendi.

Tertio notandum est ex eodem S. D. in 1. loco
allegato diuinam essentiam in generatione filij
accedere ad similitudinem materiæ, siue vt ibi-
dem dicitur secundum materiam, si à materia
remoueatut totum, quod est imperfectionis,
& remaneat hæc sola de conditionibus mate-
riæ, quod est manens in re, & per eam res sub-
sistit. Quibus verbis non affirmat. S. Doct. di-
uinam essentiam habere quouis modo ratione
materiæ, aut esse principium quasi materiale,
vt ei perperam imponunt prædicti exposito-
res: sed ait accedere ad similitudinem materiæ:
qua moderata forma loquendi nō affirmat sim-
plicitèr similitudinem ad materiam, sed acces-
sū ad similitudinem; quia nimirum non assi-
milatur nisi in quibusdam cōmunibus, ex qui-
bus vnum præcipuum ibidem exprimit D. Th.
scilicet manere in re, &c.

Conclusio-
nes dedu-
ctæ, & pro-
bata.

PRIMA CONCL. De semper significat princi-
pium consubstantialiale. Hæc fuit satis probata & ex-
plicata contra Vasq.

SECUNDA CONCL. Eadem præpositio quan-
do, significat principium quasi formale, quamuis nō
præcise. Hæc patet ex dictis.

TERTIA CONCL. Falsa est hæc præpositio,
Pater est de essentia diuina, vel tres persone sunt de
essentia diuina. Hæc etiam patet ex dictis.

QUARTA CONCL. Non rectè dicitur diuinā
essentiam habere quouis modo rationem materiæ, aut
esse quasi materiam, vel quasi principium materiale;
quamuis rectè dicatur diuinam essentiam accedere
modo superius expresso ad similitudinē materiæ, quo
ad id, quod perfectionis est.

ULTIMA CONCL. Non sufficienter exponi-
tur hæc præpositio, filius est de essentia patris, dicendo
cum Magistro, filius est de essentia patris, id est de
patre essentia. Hanc probat S. Th. in littera.

CONTRA primam conclus. est argumentum
Vasq. ex Driedone supra solutum.

Obi. cont. 2.
concl.

CONTRA secundam profert Vasq. argumē-
tum D. Bonau. quod est argumentum D. Th.
quartum, in allegato superius a. ex primo sententia-
rum. Eadem enim inquit ratione dici posset pa-
trem esse de substantia filij, quia in vtroque ea-
dem essentia est, quasi principium formale vtri-
usque. Respondet S. D. negando consequentiam.
Ad probat. ait non notari ibi tantum consub-
stantialitatem, sed etiam ordinem ad principiu,
qui non saluatur, si diceretur, pater est de essen-
tia filij.

Obi. 1. cōt. 3.
concl.

CONTRA tertiam argumentatur Vasq. Di-
cimus Angelum esse de natura Angelica; igitur
dicere possumus patrem esse de natura di-
uina, & tres personas similiter. Confirmatur.
Quia suppositum dici solet esse de tali natura,
cuius est suppositum. Denique particula de re-
lata ad solam naturam absolutè, nō significat o-
riginem; ergo dici potest pater esse de natura
diuina. Resp. ad primum nullam esse conseq. ob-
rationes superius allatas. Ad confirmationem ne-
gatur antecedens vniuersaliter; falsum esse e-
nim in natura, quæ sola ratione distinguitur à
supposito. Ad vltimum negatur antecedens.
Deinde negatur etiam consequentia, ob di-
cām causam; quia scilicet in Deo non di-

stinguitur natura à supposito, sicut in crea-
tis.

CONTRA eandem concl. argumentatur Va-
ob. 2. lentia, & probat exemplum petium ab Ange-
li natura non esse satis accommodatum. Quo-
niam intellectualis Angeli natura producit
vna cum ipso; ergo non videtur Angelus dici
propriè esse, aut fieri de natura intellectuali.
Consequentia probatur: Nam quia materia
rerum à Deo creatarum per eandem creatio-
nem à Deo facta est, dici minimè potuerunt
esse aut fieri de materia, vt in proposito lo-
quimur. Resp. nullam esse conseq. Ad proba-
tionem nego similitudinem; quia materia ha-
bet rationem patris & primi subiecti receptiui
formæ; & ideo cum dicitur aliquid fieri ex
materia, semper intelligitur præexistere ma-
teriam alia actione productam, vt patet in
productionibus tā naturalibus quàm artificia-
libus apud nos. Forma verò subsistens nec ra-
tionem habet partis, nec intelligitur aut in-
telligi potest verè & realiter præexistens suo
supposito: & ideo cum asseritur Angelus esse
de natura intellectuali, non denotatur Ange-
licam naturam propriè & realiter præexistere
vt alia actione productam, sicut denotatur di-
cēdo rem aliquam ex materia produci: sed de-
notatur consubstantialitas cum ordine ad prin-
cipium productiuum.

CONTRA quartam sunt argumēta, quæ re-
ferunt & soluunt Capr. Caiet. Torres, Zumel.
Mol. & alij.

CONTRA vltimam argumentantur Torres Ob. cont.
& Zumel. & probant in ea falsum imponi Ma-
gistro. Nam verba Magistri sunt: Filius est de
substantia patris, id est à patre est, cum quo e-
iusdem substantia est, id est vt ex principio a-
ctiuo consubstantiali, quod idem affirmat S.
D. hic ad 1. Resp. Magistrum in fine discursus suam
explicare sententiam, & propositam difficulta-
tem resolvere ex posita propositione in sensu
prædicto, quem meritò insufficientem pronū-
ciat S. D.

DIFFERT hic Vasq. de formali termino
processionis, & Zumel. a. 5. & Suar. lib. 6. cap.
6. Sed Capr. omnium optimè in 1. dist. 5. quæst.
prima.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuum no-
tionalium.

AD Quartum sic proceditur. Videtur, quod in
diuinis non sit potentia respectu actuum nota-
tionalium. Omnis enim potentia est vel actiua, vel pas-
siua. Sed neutra hic competere potest. Potentia enim
passiua in Deo non est, vt supra ostensum est. * Po-
tentia verò actiua non competit vni personæ, respectu
alterius: cum personæ diuina non sint factæ, vt osten-
sum est. * Ergo in diuinis non est potentia ad actus art. præ-
notionales.

2. Præterea. Potentia dicitur ad possibile. Sed
diuina personæ non sunt de numero possibilem, sed
de numero necessariorum: ergo respectu actuum no-
tionalium, quibus diuina personæ procedunt, non de-
bet poni potentia in diuinis.

3. Præterea. Filius procedit vt verbum, quod est
conceptio intellectus: Spiritus autem sanctus procedit
vt amor, qui pertinet ad voluntatem. Sed potentia in
Deo dicitur per comparationem ad effectus: non au-
tem

tem per comparationem ad intelligere, & velle, vt A
9.25. art. 1. supra habitum est. * Ergo in diuinis non debet di-
ad 3. & 4. ci potentia per comparationem ad actus notiona-
les.

Lib. 3. cont.
Maxi. c. 12.
circa fi. t. 9. Sed contra est, quod dicit August. † contra Ma-
xi. hereticum, si Deus pater non potuit generare fi-
lium sibi æqualem, vbi est omnipotentia Dei pa-
tris? Est ergo in diuinis potentia respectu actuum
notionalium.

Respondeo, dicendum, quod sicut ponuntur actus
notionales in diuinis, ita necesse est ibi ponere poten-
tiam respectu huiusmodi actuum: cum potentia ni-
hil aliud significet quam principium alicuius actus.
Vnde cum partem intelligamus, vt principium gene-
rationis, & patrem & filium, vt principium spi-
rationis, necesse est quod patri attribuamus poten-
tiam generandi, & patri & filio potentiam spiran-
di. Quia potentia generandi significat id quo ge-
nerans generat: omne autem generans generat
aliquo: Vnde in omni generante oportet ponere po-
tentiam generandi, & in spirante potentiam spiran-
di.

Ad Primum ergo dicendum, quod sicut secundum
actus notionales non procedit aliqua persona vt sa-
cta, ita neque potentia ad actus notionales dicitur
in diuinis per respectum ad aliquam personam factam,
sed solum per respectum ad procedentem perso-
nam.

Ad Secundum dicendum, quod possibile se-
cundum quod necessario opponitur, sequitur po-
tentiam passivam, quæ non est in diuinis. Vn-
de neque in diuinis est aliquid possibile per modum
istum, sed solum secundum quod possibile conti-
netur sub necessario. Sic autem dici potest, quod
sicut Deum esse est possibile, sic filium generari est pos-
sibile.

Ad Tertium dicendum, quod potentia signifi-
cat principium. Principium autem distinctionem
importat ab eo cuius est principium. Consideratur
autem duplex distinctio in his quæ dicuntur de Deo.
Vna secundum rem, alia secundum rationem tan-
tum: secundum rem quidem Deus distinguitur
per essentiam à rebus, quarum est per creationem
principium, sicut vna persona distinguitur ab alia,
cuius est principium secundum actum notionalem. D
Sed actio ab agente non distinguitur in Deo, nisi se-
cundum rationem tantum, alioquin actio esset ac-
cidens in Deo. Et ideo respectu illarum actionum,
secundum quas aliquæ res procedunt distinctæ à Deo
vel essentialiter, vel personaliter: potest Deo at-
tribui potentia secundum propriam rationem prin-
cipij. Et ideo sicut potentiam ponimus creandi in
Deo, ita possumus ponere potentiam generandi vel
spirandi. Sed intelligere & velle non sunt tales
actus, qui designent processionem alicuius rei à Deo
distinctæ, vel essentialiter, vel personaliter. Vnde
respectu horum actuum non potest saluari ratio po-
tentie in Deo, nisi secundum modum intelligendi, &
significandi tantum, prout diuersimodè significatur
in Deo intellectus & intelligere: cū tamen ipsum in-
telligere Dei sit eius essentia non habens princi-
pium.

Sensus quasiti.

QVÆSITI sensum hic aperit Caiet. cu-
ius vberior explicatio petenda est ex art.
3. quæst. 25. & 5. Metaphys. text. 17. & lib. 9.
a text. 1. vsque ad 11.

Forma Textus.

CONC. Necesse est ponere in diuinis potentiam
respectu actuum notionalium. Probatur pri-

mo. Potentia nihil aliud significat, quàm prin-
cipium alicuius actus; sed in diuinis est prin-
cipium actuum notionalium: ergo. Probatur
minor. Quia in diuinis ponuntur actus notio-
nales; ergo ponendum est etiam eorum prin-
cipium. Secundò probatur conclusio & simul
etiam dicta minor propositio. In omni gene-
rante oportet ponere potentiam generandi, &
in spirante potentiam spirandi, sed patrem
intelligimus vt principium generationis, &
patrem & filium vt principium spirationis; er-
go necesse est vt patri attribuamus potentiam
generandi, & patri & filio potentiam spirandi.
B Probatur maior. Quia omne generans generat
aliquo, & spirans spirat aliquo: sed id quo ge-
nerans generat, est eius potentia; & similiter
quo spirans spirat, est eius potentia; ergo in o-
mni generante oportet ponere &c.

Expositio Textus.

DE VERITATE & sensu conclusionis
disputat latissimè Capreol. cum Aureol.
in 1. dist. 7. quæst. 1. vbi refert ac diluit quatu-
ordecim eius argumenta, & post eum Caiet.
Torr. Zumel. Mol. & Vasq. super hoc arte. qui
verba Capreol. Caiet. ac cæterorum exposito-
rum perperam interpretatus existimat eos à le-
gitimo Sanct. Doct. sensu longè distare: cum
tamen eorum expositio sit textui quàm maxi-
mè consentanea, & formalibus ac proprijs
verbis mentem eius edisserat: huius autem ex-
positoris interpretatio non solum aliena sit à
verbis & sensu D. Thom. sed absolutè redole-
at falsitatem. Ait enim censere se multò pro-
babilius esse & magis secundum mentem Angel.
Doct. ponendam esse potentiam producentem
realem in Deo, non solum respectu personæ
productæ, vt affirmat (inquit) Capreol. &
Caiet. sed etiam respectu productionis & actus
notionalis. Sed bene consideranti verba dicto-
rum Thomistarum, luce clarius apparebit eos
in Deo asseruisse potentiam respectu actuum
notionalium, quamuis non omnino simplici-
ter, sed sub aliqua ratione tantum, nimirum
ratione terminorum realiter emanantium, sic
enim loquitur hic. Caiet. Potentia ponitur in di-
uinis respectu actuum notionalium secundum rem. Sed
aduertendum, &c. Et infra. Quando actus est eli-
citus, infert potentiam principium illius secundum se:
quando verò non est elicitus, sed tantum effectus, seu
terminus illius realiter productus, infert potentiam
principium illius, non secundum se, sed secundum
suum effectum, seu terminum. Et quoniam ge-
neratio non est actus elicitus à patre, sed ipse pater
habet, quasi effectum, filium realiter distinctum,
ideo in patre est potentia generandi, quæ est prin-
cipium secundum rem generationis, non secundum se,

E sed secundum quod ponit genitum. Hec ille. De Capr.
nulla potest esse dubitatio, quia sententiam
suam explicat per formalia verba D. Thom.
hic & alibi quæ Vasq. interpretatur in eo sen-
su, quem multo clarius ante eum expresserat
Caiet. Vnde Sanct. Doct. in respons. ad 3. ait
non posse in Deo saluari rationem potentie
secundum rem, sed tantum secundum mo-
dum intelligendi & significandi respectu in-
telligere & velle: eo quod non sint tales ac-
tus, qui designent processionem alicuius
rei à Deo distinctæ, vel essentialiter, vel
personaliter. Reliqua ad hanc materiam per-
tinentia lege apud Capreol. Caiet. Canarien-

Dd 3 sem,

Vasq. censu-
ra, & expe-
ditio reijci-
tur.

sem, Mol. & Zumel. super hoc art. qui rem hanc A explicat eruditè.

Molina sol.
reijciat.

Aduerte praterea Mol. hic proponere quoddam argumentum Aur. ex Capr. cui minime congruam affert solutionem: eius legitimam solutionem habes apud Capr. quam etiam refert Zumel.

ARTICVLVS QVINTVS.

Virum potentia generandi significet relationem, & non essentiam.

218.
I. dist. 7. q.
I. art. 2. &
po. q. 2.

AD Quintum sic proceditur. Videtur, quod potentia generandi, vel spirandi significet relationem, & non essentiam. Potentia enim significat principium, ut ex eius diffinitione patet. Dicitur enim potentia actiua esse principium agendi, ut patet in 1. Metaphys. * Sed principium in diuinis respectu

Lib. 5. met.
c. 17. l. 3.

personae dicitur notionaliter. Ergo potentia in diuinis non significat essentiam, sed relationem.

2. Praterea. In diuinis non differt posse, & agere: sed generatio in diuinis significat relationem. Ergo & potentia generandi.

3. Praterea. Ea quae significant essentiam in diuinis communia sunt tribus personis: sed potentia generandi non est communis tribus personis: sed propria patri, ergo non significat essentiam.

Sed contra est, quod sicut Deus potest generare filium, ita & vult. Sed voluntas generandi significat essentiam. Ergo & potentia generandi.

Respondeo dicendum, quod quidam dixerunt, quod potentia generandi significat relationem in diuinis. Sed hoc esse non potest. Nam illud proprie dicitur potentia in quocunque agente quo agens agit. Omne autem produciens aliquid per suam actionem, producit sibi simile quantum ad formam qua agit. Sicut homo genitus est similis generanti in natura humana, cuius virtute pater potest generare hominem. Illud ergo est potentia generandi in aliquo generante, in quo genitum simulatur generanti, filius autem Dei simulatur patri gignenti in natura diuina. Unde natura diuina in patre est potentia generandi in ipso. Unde Hilarius * dicit in 2. de Trinit. natiuitas Dei non potest eam, ex qua perfecta est, non tenere naturam: nec enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam de Deo subsistit.

Lib. 2. de
Tr. non pro
cul à fine.
Et lib. 5. et
iam ad fin.

Sic igitur dicendum est, quod potentia generandi principaliter significat diuinam essentiam, ut Magist. dicit 7. dist. primi sent. non autem tantum relationem. Nec etiam essentiam in quantum est idem relationi ut significet ex aequo utramque. Licet enim paternitas ut forma patris significetur, est tamen proprietas personalis habens se ad personam patris, ut forma individualis ad aliquod individuum creatum. Forma autem individualis in rebus creatis constituit personam generantem, non autem est quo generans generat: alioquin Sortes generaret Sortem. Unde neque paternitas potest intelligi, ut quo pater generat, sed ut constituit personam generantis: alioquin pater generaret patrem. Sed id quo pater generat, est natura diuina, in qua sibi filius assimilatur. Et secundum hoc Damasc. * dicit, quod generatio est opus naturae non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat. Et ideo potentia generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem.

Li. 1. orth.
ad. c. 8.

Ad primum ergo dicendum, quod potentia non significat ipsam relationem principij, alioquin

esset in genere relationis: sed significat id, quod est principium: non quidem sicut agens dicitur principium, sed sicut id quo agens agit, dicitur principium. Agens autem distinguitur a facto, & generans a generato. Sed id quo generans generat, est commune genito, & generanti, & tanto perfectius, quanto perfectior fuerit generatio. Unde, cum diuina generatio sit perfectissima, id quo generans generat, est commune genito & generanti: & idem numero non solum specie, sicut in rebus creatis. Per hoc ergo quod dicimus, quod essentia diuina est principium quo generans generat, non sequitur, quod essentia diuina distinguatur: sicut sequeretur, si diceretur, quod essentia diuina generat.

Ad Secundum dicendum, quod sicut est idem in diuinis potentia generandi cum generatione: ita essentia diuina cum generatione & paternitate est idem re, sed non ratione.

Ad tertium dicendum, quod cum dico potentiam, potentia generandi significatur in recto, & generatio in obliquo, sicut si dicerem essentiam patris. Unde quantum ad essentiam qua significatur, potentia generandi communis est tribus personis. Quantum autem ad notionem qua connotatur, propria est persona patris.

Sensus quesiti.

QUID nomen potentiae significet, explicat S. D. in c. & in resp. ad primum argum. Est enim potentia id, quo agens agit, seu id quod est principium ut quo, non autem est ipsa relatio principij. Sumitur itaque potentia, non pro relatione principij, sed pro re cui conuenit ea relatio. Et quaeritur, an sit essentia, siue intellectus, aut paternitas, ut hic aduertit Cai. cui concordat Sylu. dicens nomen potentiae significare relationem secundum dicta: significat enim formam per modum qualitatis, cum habitudine ad obiectum, puta visus ad visibile; sed nomen potentiae dictam relationem significat in communi; nomen autem visus, vel intellectus eandem significat in speciali. Vel melius dicas hic absolute sumi nomen potentiae prout indifferens est ad utrumque significatum: & quaeri num in diuinis significet relationem an essentiam.

Forma Textus.

DVAS refert S. D. opiniones, & tres aduersus eas statuit conclusiones.

Prima opinio fuit quorundam dicentium generandi significare relationem in diuinis, cuius fundamentum erat primum argumentum huius articuli, ut patet in primo sent. dist. 7. quaest. 1. art. 2.

Secunda opinio, quam tangit in medio corporis, est eorum qui dicebant potentiam generandi significare essentiam, in quantum est eadem relationi, ita ut ex aequo significet utrumque.

PRIMA CONCL. Potentia generandi in diuinis principaliter significat essentiam, non autem tantum relationem. Probatur primo ratione. Illud est potentia generandi in aliquo generante, in quo genitum simulatur generanti: at filius Dei simulatur patre gignenti in natura diuina: ergo natura diuina in patre est potentia generandi in ipso. Maior probatur. Illud proprie dicitur potentia in quocunque agente, quo agens agit; ad id quo agens agit est forma, secundum.

cundum quam agens siue producat per suam actionem producat sibi simile: ergo illud est potentia generatiua in aliquo generante, in quo genitum similitur generanti. Minor probatur exemplo hominis geniti, qui similis est in natura humana generanti, cuius virtute pater potest generare hominem. Secundò probatur conclusio auctoritati Hylarij lib. 2. de Tri. ita scribentis. Natiuitas Dei non potest eam, ex qua perfecta est, non tenere naturam: nec enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde, quam de Deo subsistit. Tertiò additur dictum Magistri in septima distinctione primi sententiarum.

SECUNDA CONCL. *Potentia generandi non significat essentiam, inquantum est idem relationi, ut significet ex æquo vtrumque.* Probatur. Paternitas non potest intelligi, ut quo pater generat, sed ut constituens personam generantis; natura autem diuina est id quo pater generat: ergo potentia generandi non significat essentiam, inquantum est idem relationi, ut significet ex æquo vtrumque. Antecedens quo ad priorem partem probatur. Licet paternitas ut forma patris significetur, est tamen proprietas personalis habens se ad personam ut forma individualis ad aliquod indiuiduum creatum; at forma individualis in rebus creatis constituit personam generantem, non autem est quo generans generat; ergo paternitas non potest intelligi ut quo &c. Minor huius argumenti probatur deducendo ad impossibile; quia alioquin Sortes generaret Sortem. Posterior verò pars antecedentis, videlicet id quo pater generat, est natura diuina. probatur: quia filius assimilatur patri in natura diuina. Et confirmatur auctoritate Damasceni dicentis generationem esse opus naturæ, non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat.

TERTIA CONCL. *Potentia generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem.* Hæc conclusio ut notat Caiet. infertur ex dictis.

Expositio Textus.

DVO HIC sunt obseruanda diligenter, ut præmissi discursus appareat efficacia. Primum est sensus illius propositionis: *Potentia in vnoquoque agente est id, quo agens agit*; quam examinat & explicat Cai. cuius interpretationem elucidant Torres & Val. & alij sequuntur expositores. Secundum est. D. Thom. hic supponere potentiam generandi claudere in se relationem, quod omnes communiter Theologi confitentur: atque ideo nullam huic probandæ suppositioni probationem adhibuisse, & elaborasse tantum in probando solam non includi relationem in ratione potentiæ, aut non ex æquo simul cum essentia.

Aduerte præterea Capr. in 1. dist. 7. q. 1. a. 1. & Cai. hic affirmare D. Thom. in 1. dist. 7. q. 1. a. 2. secutum fuisse secundam sententiam in textu relatam, nimirum potentiam generandi significare essentiam, inquantum est idem relationi, ut significet ex æquo vtrumque. Quam opinionem existimant hic esse retractatam siue correctam.

Sed Hierueus in primo dist. 13. mentem Angel. D. interpretatus ait Magistros nonnunquam affirmare potentiam generandi dicere relationem in obliquo, quia dicit actum: quandoque autem essentiam esse dicunt, ut est paternitas,

A id est, ut est coniuncta paternitati: nonnunquam autem esse medium inter absolutum & relatiuum; non quod sit neutrum, sed quia vnum dicit in recto, & aliud in obliquo.

Aegidius verò dictum illud S. D. in 1. *Potentia generandi est essentia, ut paternitas*, sic ait esse intelligendum, ac si dictum esset: Potentia generandi est essentia, non absolute sumpta, sed ut est sub paternitate.

Denique bene posset exponi dicendo potentiam generandi esse essentiam, ut est paternitas realiter, & non formaliter. Nam sicut essentia, prout est in patre, relationem habet dicentis, quam non habet, ut est in filio, in quo relationem habet dicti, quam relationem dicti non habet in patre: sic in patre relationem habet paternitatis, & non in filio, atque ideo in patre solo est idem paternitati, id est, est habens respectum paternitatis, quem habet, ut est pater, ut explicat latè S. Doct. in 1. in dicto a. 2. ad 3. & de potentia q. 2. a. 2. ubi etiam affirmat potentiam generandi significare simul essentiam & relationem.

Hanc verò sententiam sic intellectam, ut exposuimus, non reijcit S. D. sed magis declarat per ea verba. *Nec etiam essentiam, inquantum est idem relationi, ut significet ex æquo vtrumque.* Hoc enim modo loquendi significat se non negare potentiam generandi significare essentiam, ut est eadem relationi: vel simul essentiam, & relationem, aut essentiam sub ratione relationis, id est sub relatione, ut dicitur in 1. sed eorum tantum sententiam reijcere, qui dicebant potentiam generandi significare essentiam, ut est idem relationi, ita ut significet vtrumque ex æquo: quod nunquam asseruit S. Doct.

PRIMA CONTROVERSIA.

De veritate & sensu secundæ & tertiæ conclusionis D. Thom.

DVALENTIA sequens D. Bonau. Gabr. & Dur. in primo dist. 7. duo dicit. Primum. Potentia notionalis adæquatè & formaliter non continetur sola essentia diuina & intellectu aut voluntate: sed præterea constat etiam ex relatione, ad eam ut potentia generandi adæquatè sit essentia & intellectus & paternitas; potentia verò spirandi sit essentia, voluntas & spiratio relatio. Secundum. Potentia generandi adæquatè est essentia, & intellectus, & relatio paternitatis, quatenus hæc relatio est etiam vis quædam vltima, per quam in diuinis est generatio; ac similiter potentia spirandi est essentia, & voluntas, & relatio spirationis, quatenus hæc relatio est etiam quædam vis vltima, per quam est actio spirationis.

Canar. Ban. Zumel. Mol. & Suar. lib. 6. cap. 5. dicunt potentiam seu principium formale producendi esse solam diuinam essentiam, postulare autem ut conditionem in persona producente relationem propriam, seu (quod idem est) quod habeat ipsam naturam sub tali productione: quæ fuit sententia Scoti in primo dist. 7. quest. 1.

Sententia D. Thom. tribus in articulis propositis concluditur continetur, quam explicant & tuentur Capreol. in 1. dist. 7. quest. 1. Caiet. & alij expositores super hoc articulo.

D d 4

QVAE-

Resolutio.
Potentiam
generandi &
spirandi se-
cundum do-
ctrinam D.
Th. confusum
ex essentia &
relatione, nō
ut mera co-
ditione aut
ratione ope-
randi, sed ut
modo opera-
tionis intrin-
seco ipsi po-
tentia.

QVAESTIO hęc non est de essentia diuina; hanc enim statuit S. Doct. in prima concl. esse principale significatum potentia: sed tota difficultas est de relatione, quam in secunda & tertia conclusione docet non ex æquo simul significari cum essentia, sed in obliquo tantum connotari, an scilicet rationem habeat puræ conditionis, an verò pertineat ad potentia generatiuæ aut spiratiuæ conceptum, ut complens intimè rationem eius formalem quasi pars aut modus eius intrinsecus, vel viam ut vis quædā vltima. Expositores enim prædicti primum sectionum dicendi modum: secundum autem manifestè complectitur S. Thom. in 1. & de potentia quæst. 2. art. 2. quem sequitur Capreol. in dicta destm. 7. verba D. Thom. in quæst. 2. de potentia sunt. Quidam dixerunt, quod potentia generandi significat tantum essentiam; sed illud conueniens non videtur. Actio enim quæ fit virtute naturæ communis, per aliquod sub natura communis contentum, modum accipit ex proprijs principijs; sicut actio, quæ debetur naturæ animalis, fit in homine secundum quod competit speciei humane. Vnde & homo perfectius habet actum virtutis imaginatiuæ, quam alia animalia, secundum quod competit eius rationalitati. Similiter etiam actio hominis inuenitur in hoc, & in illo homine, secundum quod competit principijs indiuidualibus huius vel illius: ex quo contingit, quod vnus homo clarius alio intelligit. Et ideo dicendum, si quod natura diuina quæ est communis, sit principium alicuius operationis, quæ solum patri competit, oportet quod sit principium, secundum quod competit proprietati personali patris: & propter hoc in ratione potentia includitur quodammodo paternitas, quantum ad illud quod est generationis principium: & propter hoc cum alijs dicendum est, quod potentia generandi, simul essentiam, & notionem significat. Hęc ibi D. Thom. Et in respons. ad 5. ibidem ait proprietatem personalem patris non esse principium generationis principaliter, sed quodammodo & cointellectu. Et in 1. ita loquitur. Principium cuiuslibet operationis est diuina essentia: sed ab essentia diuina egreditur aliquis actus, secundum quod est sapientia, & aliquis secundum quod est voluntas, & sic de alijs attributis. Similiter dico, quod cum proprietates realiter sit ipsa essentia: secundum quod est ipsa paternitas, & principium huius actus, qui est generare: non sicut agens, sed sicut quo agitur. Vnde principium generationis est essentiale sub ratione relationis: vnde est quasi medium inter essentiale, & personale. Ex parte enim illa, quæ potentia, quæ est media inter essentiam & operationem, radicatur in essentia, est quid absolutum: ex parte autem illa quæ coniungitur operationi, est relatiuum. Et ibidem in responsione ad 3. concludens ait. Et ideo essentia in patre est principium operationis secundum proprietatem patris, & in filio, secundum proprietatem filij. Vnde eadem operatio est & naturæ communis, & formæ propriæ ipsius patris, & ideo potentia generandi, medium est inter absolutum & relatiuum. Hęc ibi. Ex quibus apparet potentiam generandi, & similiter potentiam spirandi constitui ex essentia & relatione, sicut persona diuina constituitur ex essentia & relatione, ut etiam affirmat expressè S. Thom. in 1. dist. 11. art. 2. & 3. quem locum supra notauimus quæst. 36. art. 4. controu. 2. quamuis persona constituatur ut suppositum, vel ut principium quoddam, potentia verò ut principium quo. Constat autem relationem constituere principium quod, puta patrem aut spiratorem, non ut est mera eius conditio, sed ut eius formale constitutiuum: quamuis ei non sit ratio

Nota Corre-
larium.

formalis operandi. Igitur eadem relatio potentiam constituit, non ut eius mera conditio, nec ut conferens rationem formalem operandi, sed ut modus operationis intrinsecus. Modificatur enim operatio diuinæ naturæ secundum quod profuit ab alio & alio supposito eiusdem naturæ diuinæ; quæ quidem supposita quasi specie differunt, ut supra diximus quæst. 27. & ex D. Thom. de pot. quæst. 10. art. 2. ad 12. Est ergo relatio de ratione potentia generandi, sicut modus intrinsecus principij, nō sicut principium principale: tale enim est essentia, ut ait Capr. in supra dicta q. a. 2. ad 3. & 4. argum. secundum ordinem. Quod etiam significat S. Thom. dicens potentiam esse quasi medium inter essentiam & operationem; & ex ea parte quæ radicatur in essentia esse quid absolutum, ex ea verò parte quæ coniungitur operationi esse relatiuum. Nulla verò alia ratione potest dici medium, nisi quia ex utroque constat extremo: sicut si diceremus personam esse medium inter essentiam & relationem, quia ex utroque constituitur. Et hoc idem significat etiam illud dictum de potentia, videlicet proprietatem personalem patris esse principium generationis cointellectum; quod non ita intelligendum est, ut relationi vis aliqua tribuatur actiua; id enim illi denegat vbique S. D. sed quia notionalem ut sic potentiam constituit, quæ præcisa relatione, id solum haberet, quod essentiale est & tribus commune: & consequenter actionem ex potentia prodeuntem ita modificat, ut sit notionalis, quæ sine relatione esset essentialis, ut patet ex supra dictis quæst. 27. Ob has itaque duas causas proprietatem patris personalem & communem relationem spirationis meras negamus esse conditiones notionalis potentia, & rationem quandam principij minus principalem ei tribuimus cum D. Thom. locis allegatis, quibus non repugnat doctrina præsentis articuli. Negamus autem in relatione formaliter vim actiuam, sicut etiam in ea formaliter sumptam nullam agnoscimus perfectionem, aut causalitatem respectu creaturarum, aut rationem similitudinis vnus personæ cum alia, ut sæpe repetit S. Th. & ratio in littera pro prima conclusione probat euidenter nullam inesse relationi formaliter vim actiuam.

Nota sunt præterea, quæ scribunt hic Cai. & alij expositores Thomistæ, de ratione potentia generatiuæ post Capr. pro diluendis aduersariorum argumentis. Ex dictis sequuntur tres conclusiones.

PRIMA CONCL. Relatio nō est præcisè conditio Conclusionis potentia notionalis. In hac conclusione conuenit nobiscum Val. & eam quibusdam satis aptis confirmat argumentis.

SECUNDA CONCL. Relatio nō est vis quædā vltima potentia notionalis, per quam fit actio generationis, aut spirationis. Probatur ratione D. Th. pro prima sua conclusione; quia illud est potentia & vis vltima generandi, in quo genitū assimilatur generanti: sed in relatione genitum non assimilatur generanti; ergo. Probatur maior; quia omne agens producit sibi simile, quantum ad formam qua agit: sed agens maximè agit per vim vltimam & perfectissimam suæ potentia; ergo in ea genitū maximè assimilatur generanti. Minor verò probatur; quia alioquin pater generaret seipsum.

TERTIA CONCL. Relatio est principium cointellectum essentia, simul cum ipsa potentiam constituens, & actionem eius modificans.

CON-

Argumenta
ex solutio-
nes.
Obi. 1. cōt.
concl.

CONTRA primam concl. argumentatur Suar.^a Primò Ioan. Theologus in Concil. Florent. sess. 18. ita loquitur: *Dixi filium ex patre, & ex patris substantia generari: ita tamen, ut pater sit generans, principium autē, quo ipsa persona generat, est id, quod solum communicabile est.* Quod idem repetit sess. 19. ubi eius sententia probari videtur. In qua (inquit Suarez) notanda est illa particula exclusiua solum. Item expositio illius orationis. *Pater producit filium ex substantia:* quæ est communis apud patres. *Secundò* videtur argumento D. Tho. quo probatur in textu prima concl. *Resp.* his argumentis probari primam cōclusionem D. Th. nimirum potentiam generandi significare principaliter essentiam & eam significare ut principium formale quo: nos autem asserimus hoc principium formale quo postulare relationem, non ut meram conditionem, sed etiam ut modificantem ipsam potentiam & eius operationem: cuius oppositum non asserimus prædictus Ioannes, neque patres, aut D. Thom. cuius sententiam ad verbum supra retulimus ex 1. & q. de potent.

Obi. 2.
Solut. vtriusque obi.

Contra eandem concl. est argumentum Scoti, quod refert & soluit Vasq.

Obi. 1. cont.
2. concl.

CONTRA secundam concl. argumentatur Valen. Primò S. Tho. supra q. 36. a. 4. ad 1. & 2. affirmat potentiam spirandi esse proprietatem; at in diuinis non est proprietas nisi relatiua; ergo. *Resp.* falsam esse primam propositionem. Nam verba S. Doctoris ibidem sunt. *Si attendatur virtus spiratiua, Spiritus S. procedit à patre, & filio, in quantum sunt vnum in virtute spiratiua, quæ quodammodo significat naturam cum proprietate; igitur non asserimus potentiam spirandi esse proprietatem, sed naturam cum proprietate, modo superius exposito in eodem articulo. Quod autem ibidem ad secundum ait, cum dicitur pater & filius sunt vnum principium Spiritus S. designari vnam proprietatem, quæ est forma significata per nomen, non pertinet ad potentiam quæ est principium quo, sed ad principium quod, scilicet spiratorem, quem supra diximus constitui ex spiratione ut concepta & essentia diuina, sicut pater constituitur paternitate & essentia.*

Obi. 2.

Secundò August. lib. 5. cap. 5. de Trinit. ait, eo ipso patrem dici & esse patrem, quo est ei filius; at est ei filius ex vi potentie generandi; ergo ab hac dicitur & est pater, & consequenter potentia generandi, vel est vel includit relationem paternitatis, à qua nimirum pater est pater. *Resp.* hunc esse sensum verborum D. Augustini. Pater eo est pater formaliter & relatiue, quo est ei filius. Si verò exponatur de quo etiam tanquam potentia, dicendum erit hunc esse sensum. Eo pater est pater fundamentaliter & causaliter, quo est ei filius; & sic sequitur patrem esse patrem fundamentaliter, & quasi causaliter ex potentia generatiua, quæ dicit essentiam in recto, & relationem in obliquo: qua potentia ut principio est ei filius.

Obi. 3.
Solut.

Tertiò D. Athan. in Dial. de Trinit. contra Arianos ait patrem hypostasi sua gignere. *Resp.* patrem gignere hypostasi sua, ut principio quod, & potentia ut principio quo, quæ realiter idem est cum persona patris, propter quam identitatem dixit patrem hypostasi sua generare.

Obi. 4.

Ultimò Si necesse est potentiam notionalem secundum suam ultimam & completam rationem esse propriam personæ producentis, vel personarum quæ producunt, necessariò confi-

tendum est eam ex relatione quoque diuina consistere, ut relatio diuina est quædam vis vltima: at illud omninò necesse est; ergo & istud etiam confitendum est. Minor patet. Maior probatur. Quia in personis producentibus præter ipsas productiones actiuas, nihil est proprium nisi relatio, puta paternitatis in patre, & relatio spirationis in patre & filio; ergo si completa ratio potentie notionalis debet constare ex aliquo his personis proprio, oportet ut ea ratio sit relatiua, per aliquam nimirum huiusmodi relationem, ut est quædam vis vltima. Probat conf. ex simili. Quia productiones actiuas indeo oportet esse relatiuas, quia debent esse producentium personarum propriæ; ergo sicut supra ob infinitatem illius relationis, quæ est paternitas, non fuit necesse ponere distinctam relationem in generationis actu, quæ esset actio respectiua: ita etiam neque iam oportet aliam relationem querere, quæ sit potentia generandi, sed ea ipsa paternitas continet etiam sufficientem perfectionem, per quam, ut relatio est, eminenter respondet principio quo, siue potentie producendi quæ in creaturis cernitur. *Resp.* falsam esse maiorem propositionem. Ad probationem negatur consequentia; sufficit enim ut compleatur per relationem, ut conditione simul & modum potentie. Ad eius probationem dico productiones debere esse relatiuas realiter adæquatè, non autem formaliter. Nam generatio est realiter & adæquatè paternitas, non tamen formaliter, ut latè superius ostendimus a. 1. huius q. Nec dicimus generationem ut actio est formaliter esse aliam aliquam relationem, quæ non sit paternitas. Nam ut est actio, nulla ratione est relatio: fit autem patri propria paternitate, cui adæquatè est eadem, & à qua rationem & modum habet actus notionalis ut sic. Et similiter dicimus paternitatem non esse potentiam generandi formaliter, sed eius conditionem & modum in eius ratione clausum intrinsecè: negamus autem paternitatem formaliter continere perfectionem illam eminenter principij quo, siue potentie producendi in creaturis. Nam relationi ut relatio est etiam realis, nulla conuenit agendi ratio.

Solut.

Reliqua eiusdem expositoris argumenta militant contra secundam opinionem supra reiectam.

SECUNDA CONTROVERSTIA.

An communicabilitas sit de essentia diuinitatis, id est, an sit prædicatum essentiale vel notionale?

SEQUI TVR hæc quæstio ex præcedente. Nā potentia generandi non ea ratione tantum conuenit essentia, quod sit primum generationis principium, sed ob eam etiam præcipuè causam, quod est genito communicabilis, in creatis eadem specie, in diuinis autem eadem numero. Itaque communicabilitas ratio quædā est in potentia generatiua, & spiratiua necessariò clausa, & eius prima radix & fundamentum.

Sententia
Suarezij.

Suar. lib. 4. c. 8. num. 4. respondet quod esse communicabile tribus personis simpliciter loquendo, est prædicatū essentiale diuinitatis, quo explicatur secunditas, & infinitas ipsius diuinitatis, quæ essentialis illi est, eaq; habet ut præcisā à personis, & ut existens in omnib; simul, eadēq; retinet in singulis. Nā licet (inquit) terminata sit per relationem vnius personæ, adhuc manet natu-

natu-

naturaliter communicabilis alijs personis, & hoc satis est ut tale prædicatum conveniat singulis personis: nec debet illis convenire ut constitutis per suas relationes, sed ut habentibus talem naturam: & ideo (inquit) necesse non est, ut persona dicatur communicabilis, sed habere naturam communicabilem. Hæc ille.

Resolutio.

Communicabilitas formaliter dicere perfectionem simpliciter connotando respectum ad personas, convenire est sentie secundum se, id est absolute sumptæ, non autem communicabilitatem effectivam in actu.

COMMUNICABILE illud est, quod potest commune fieri. Cum autem dicimus aliquid commune fieri, dupliciter potest intelligi: Vno modo formaliter; & sic commune fieri idem est, quod nunc primò pluribus inesse, & de illis prædicari, sicut natura leonis in duobus individuis à Deo creata dicitur illis formaliter fieri communis, quia tunc primò pluribus cepit inesse & de illis prædicari. Alio modo dicitur aliquid fieri commune effectivè, quatenus scilicet per actionem agentis ad plura diffunditur & sit in eis existens: sicut in exemplo posito, natura leonis actione Dei creantis facta est in pluribus suppositis existens, quibus tamen seipsa formaliter sit communis. Itaq; communicabile dupliciter dicitur: Vno modo formaliter, sic quælibet natura apta nata in pluribus esse suppositis vel individuis dicitur seipsa formaliter communicabilis: & ita divina natura dicitur seipsa formaliter pluribus divinis personis communicabilis, quatenus apta nata est una numero tribus inesse personis. Alio modo dicitur communicabile effectivè: & sic communicabile dicitur per ordinem ad potentiam & actionem agentis siue principij, cuius virtute forma vel natura ad plura diffunditur individua vel supposita: sicut natura leonina per generantis potentiam & operationem est pluribus in infinitum suppositis: communicabilis: & divina natura per Dei patris genitoris potentiam, & generationis actum, est filio communicabilis: & per utriusque scilicet patris & filij ut vnius spiritoris virtutem, est S. S. communicabilis.

Ex quo sequitur, ut natura divina, prout est in Patre, sit communicabilis effectivè siue originaliter; quia scilicet in patre est potentia, qua communicari potest, & in filium transfundi essentia illa eadem, quæ est in patre: quamvis non ita, ut sub eadem relatione, siue proprietate personali sit in eo, cui communicatur. Nec tamen, prout est in patre, est communicabilis formaliter; quoniam, ut hic ait Caiet essentia, prout est patris, vel in patre, solius est patris formaliter loquendo: sicut hoc quod dico, Deus generans; ut enim tali quid sit proprium nõ requiritur ut sit sola proprietas, sed satis est si sit coniunctum ex essentiali & notionali.

Nota differentiam.

Præterea observandum est valde differre divinam essentiam esse in tribus, aut esse tribus actu communicatam, & divinam essentiam esse communicabilem. Nam dicendo essentiam esse in tribus, vel esse actu tribus communicatam, significo essentiam esse terminatam tribus relationibus; atque ita non sola denotatur essentia, sed personales etiam adduntur relationes. Dicendo autem essentiam esse communicabilem, (intellige formaliter) sola significatur aptitudo divinæ naturæ ad subsistendum in pluribus suppositis. Si verò communicabilem dicamus effectivè, eiusdem naturæ fecunditas designatur, quæ habet non absolute, sed ut est in principio communicatæ, puta in patre & spiratore.

Primum corollarium.

Ex quo sequitur primò, communitatē in actu, siue esse in pluribus actu, non esse prædicatum merè absolutum, & non convenire divinæ naturæ secundum se, id est omnino absolute sum-

ptæ; alioquin nunquam posset à nobis concipi, nisi ut est in tribus; Sicut, si esset de ratione humanæ naturæ esse in pluribus, nunquam posset à nobis concipi, nisi ut est in pluribus, & hoc, quod est esse in pluribus, in eius diffinitione poneretur, quod est absurdum. Et cum in quolibet naturæ supposito sit tota naturæ quidditas, consequens fieret naturam in vno supposito reperiri secundum eam rationem & modum, quo reperitur in pluribus; sicque vnum suppositum esset plura, & è converso, quod implicat.

Secundo sequitur communicabilitatem (in sensu formali) essentia divina convenire secundum se, id est absolute sumptæ, non autem prout est in hoc aut illo supposito. Nam secundum se, id est absolute sumptæ, prædictam habet aptitudinem ad essendum in pluribus, quam non habet, ut est in hoc vno supposito, puta patre, aut Spiritu S. nam ut sic propria est huiusmodi ut sic non potest esse in altero.

Sequitur tertio communicabilitatem effectivè sumptam non convenire essentia divina prout secundum se, siue absolute consideratur, hæc enim communicabilitas essentia convenit, prout est in principio tantum communicante. Nā si conveniret essentia secundum se, id est præcisè personis, Deitas produceret Deitatem: vel si conveniret essentia absolute sumptæ, ut potentia, sapientia, bonitas & cetera attributa, sequeretur etiam illa ut est in Spiritu S. esse comunicabile; sicut in eo est sapientia, bonitas &c. quod est erroneum.

Sequitur quarto. Comunicabilitatem formalem in Divinis simpliciter esse perfectionem absolutam, & connotare respectum rationis ad tria supposita, quibus & potest esse & actu communis est.

Sequitur ultimo. Comunicabilitatem effectivam in recto dicere perfectionem essentialem, siue magis essentiam, ut rem communicabilem, sed in obliquo connotare relationem principij communicantis in quo clauditur eius potentia notionalis, i. generativa & spirativa. Et præterea significare vel connotare respectum ad supposita, quibus comunicatur essentia; Valde. n. assimilatur in significando nomē hoc, comunicabile, cū hoc nomine donā, de quo supra q. 38. a. 2. Sic etenim potest diffiniri. Comunicabile effectivè est forma vel natura agentis, siue principij operantis, qua sibi simile potest producere. Dixi forma, sumendo formā communiter ad substantia-

le & accidentale; utriq; n. primò convenit comunicabilitas, sicut & cōmunitas, ut patet ex Met. Dixi vel natura; quoniam eadem rōe convenit naturæ comunicabilitas, qua cōvenit formæ: siue natura sit ipsa forma subsistens, siue sit cōpositū ex materia & forma; ex forma namq; comunicabili redundat comunicabilitas in cōpositū, ut patet ex dictis supra q. 3. a. 3. Dixi agētis, siue productis; quia cōmunicatio activa, de qua loquimur, nõ fit nisi per actionē, vel operationē agētis vel producentis; & ideo forma vel natura, nõ est absolute comunicabilis activè, sed tantū ut est in principio, quod operatione propria possit illā cōmunicare: Eius. n. est potentia, cuius est actio. Constat aut operationē non esse formæ & naturæ ut sic tanquam agentis ut quod, sed ipsius suppositi, vel subsistētis, quod propriè dicitur operās. Dixi qua sibi simile potest producere; quia nõ alia ratione cōmunicatur effectivè ab agēte forma, vel natura, quā per eadē ut rationē agendi, vel operandi, producēdo re alia sibi simile secundū eā formā, qua operatur. Ex quib⁹ apparet comunicabile effectivè in cō-

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Diffinitio communicabilis effectivæ.

muni dicere in recto formam vel naturam: in obliquo verò duplicem relationem rationis, vnam ad agens, siue principium, cuius est forma, alteram ad eum, cui potest communicari: sicut donum dicit rem donabilem, respectum ad donatorem, & respectum donabilitatis ad eum, cui est donabile.

*Conclusio-
nes deduc-
tæ, & pro-
batæ.*

PRIMA CONCL. Communicabilitas formalis siue esse communicabile formaliter, conuenit essentia diuinæ absolutè sumptæ, & non prout est in aliquo supposito, & dicit perfectionem absolutam, & connotat respectum rationis ad tria supposita, quibus potest esse & est actu communis.

SECUNDA CONCL. Communicabile effectiue, in communi loquendo, dicit formam vel naturam in recto, duplicem autem relationem in obliquo, scilicet ad agens siue principium cuius est forma, & ad eum cui potest communicari.

TERTIA CONCL. Communicabile in diuinis, dicit essentiam in recto cum duplici respectu, scilicet ad principium communicans, puta patrem vel spiritorem, & ad suppositum cui potest communicari.

QUARTA CONCL. quæ sequitur ex prædicta est. Communicabilitas effectiua non conuenit essentia diuinæ secundum se, siue absolutè sumptæ, sed tantum, vt est in principio communicante, siue habente potentiam ad eam communicandam.

VLTIMA CONCL. qua directè respondetur ad quæsitum. Communicabile formaliter in diuinis est prædicatum simpliciter essentialiter: communicabile autem effectiue, non est prædicatum simpliciter essentialiter, sed magis notionale, sicut potentia generandi. Hæc conclusio patet ex dictis. Et probatur etiam quo ad secundam partem, quia communicabile, exempli gratia per generationem, non solum dicit respectum ad patrem generantem, sed etiam hoc ipso quod dicit respectum ad generantem, connotat relationem paternitatis vt rei puta essentia communicabili cōiunctam igitur sicut potentia est notionalis, quia dicit essentiam sub relatione, ita communicabile erit notionalis, quia dicit essentiam sub relatione.

CONTRA vltimam concl. quo ad secundam partem argumentatur Suarez. Primò. Omne prædicatum conueniens diuinitati ratione sui, & non ratione relationis est essentialiter; sed esse communicabilem tribus personis conuenit diuinitati ratione sui; ergo est prædicatum illi essentialiter. Maior patet. Minor probatur. Primò, quia esse communicabile est prædicatum absolutum. Secundò, quia non est personale; ergo est essentialiter. Probatur consequentia; quia non datur medium. Tertiò, quia conuenit essentia ratione sue infinitatis, quæ essentialis est. Resp. falsam esse minorem propositionem loquendo de communicabili effectiue. Ad primam probationem negatur assumptum; est enim absolutum cum respectu. Ad secundam nego consequentiam. Ad probationem negatur assumptum; nam inter essentialia & perfonale mediat notionalis. Ad tertiam negatur antecedens præcisè loquendo; conuenit enim essentia communicabilitas effectiua ratione infinitatis in tali persona, puta patre vel spiratore.

Secundò. Cum dicitur diuinitas communicabilis tribus personis, nihil aliud explicatur quam fecunditas & infinitas ipsius diuinitatis.

ergo esse communicabile est prædicatum essentialiter. Conseq. probatur; quia diuina essentia habet infinitatem & fecunditatem, prout præcisè est à personis, & vt existens in omnibus simul, & eandem retinet in singulis; ergo. Probatur hoc antec. quo ad vltimam partem; quia licet terminata sit per relationem vnus personæ, adhuc manet naturaliter communicabilis alijs personis. Resp. nullam esse consequentiam. Ad probationem negatur antecedens quo ad omnes & singulas partes; Nam essentia diuina neque est fecunda, id est communicabilis effectiue (id enim sonat nomen fecundi) vt præcisè est à personis; alioquin deitas produceret deitatem: Neque vt existens in omnibus simul quia non omnes simul producunt aliquam quartam personam: Neque prout est in singulis; quia deitas in spiritu sancto non est fecunda; quia non est productiua; natura enim fecunda dicit naturam, prout est principium quo productionis, & consequenter vt habet rationem potentia, qua suppositum producit sibi simile. Constat autem diuinam naturam in Spiritu S. non esse principium producendi personam aliquam in eadem natura.

ARTICVLVS SEXTVS.

Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit.

AD Sextum sic proceditur. Videtur, quod actus notionalis ad plures personas terminari possit, ita quod sint plures personæ genitæ, vel spiratæ in diuinis. Cuiusque enim inest potentia generandi, potest generare: Sed filio inest potentia generandi. Ergo potest generare: Non autem seipsum. Ergo alium filium. Ergo possunt esse plures filij in diuinis.

Præterea. Aug. * dicit contra Maxi. Filius nō lib. 3. c. 12. genuit creatorem. Neque enim non potuit, sed non oportuit.

Præterea. Deus pater est potentior ad generandum quam pater creatus. Sed vnus homo potest generare plures filios. Ergo & Deus, præcipue cum potentia patris, vno filio generato, non diminuitur.

Sed contra est, quod in diuinis non differt esse & posse. Si igitur in diuinis possent esse plures filij, essent plures filij. Et ita essent plures personæ, quam tres in diuinis. Quod est hereticum.

Respondeo dicendum, quod sicut Athanas. * dicit in suo sim-
cit in diuinis est tantum vnus pater, vnus filius, vnus bolo fidei.
Spiritus sanctus. Cuius quidem ratio quadruplex assignari potest. Prima quidem ex parte relationum: quibus solum personæ distinguuntur. Cum enim personæ diuinæ sint ipsæ relationes subsistentes, non possent esse plures pariter, vel plures filij in diuinis, nisi essent plures paternitates & plures filiationes. Quod quidem esse non posset, nisi secundum materialem eorum distinctionem, Formæ enim vnus speciei non multiplicantur nisi secundum materiam, qua in diuinis non est. Vnde in diuinis non potest esse nisi vnus tantum filiatio subsistens, sicut & albedo subsistens non posset esse nisi vna. Secunda verò ex modo processionum, quia Deus omnia intelligit & vult vno & simplici actu. Vnde non potest esse nisi vna persona procedens per modum verbi, quæ est filius: & vna tantum per modum amoris, quæ est Spiritus sanctus. Tertia verò sumitur ex modo procedendi, quia personæ ipsæ procedunt naturaliter, vt dictum est. * Natura a. 2. huius autem determinatur ad vnum. Quarta ex perfectione quæst. ne diuinarum personarum. Ex hoc enim est perfectus filius, quod tota filiatio diuina in eo continetur, & quod est tantum vnus filius. Et similiter dicendum est de alijs personis.

Ad

Ad Primum ergo dicendum, quod quamvis simpliciter concedendum sit, quod potentiam quam habet pater, habeat filius, non tamen concedendum est, quod filius habeat potentiam generandi, si generandi sit gerundium verbi actiui, ut sit sensus, quod filius habeat potentiam ad generandum. Sicut licet idem esse sit patris & filij: non tamen conuenit filio esse patrem propter notionale adiunctum. Si tamen hoc quod dico, generandi, sit gerundium verbi passiui, potentia generandi est in filio, id est, ut generetur. Et similiter si sit gerundium verbi impersonalis, ut sit sensus, potentia generandi, id est, quia ab aliqua persona generatur.

Ad Secundum dicendum, quod Aug. in verbis illis non intendit dicere, quod filius posset generare filium: sed quod hoc non est ex impotentia filij, quod non generet, ut infra patebit. *

q. 42, a. 6, ad 3.

Ad Tertium dicendum, quod immaterialitas & perfectio diuina requirit, ut non possint esse plures filij in diuinis, sicut dictum est. Vnde quod non sint plures filij, non est ex impotentia patris ad generandum.

Sensus quaesiti.

TITVLVM explicat Cai. quem alij sequuntur interpretes, ac praesertim Syluest. Torres & Zumel.

Forma Textus.

CONCLVS. est. In diuinis est tantum vnus pater, vnus filius, & vnus Spiritus S. Probatur quatuor medijs. *Primo* ex parte relationum. In diuinis non possunt esse plures patres, aut plures filij, nisi sint plures paternitates, & plures filiationes. At hoc est impossibile; ergo & illud. Maior probatur; quia personae diuinae sunt ipsae relationes subsistentes. Minor vero; quia in diuinis non possent esse plures paternitates, & plures filiationes, nisi secundum materialem distinctionem. At haec non est in Deo; ergo. Maior probatur, quia formae vnus speciei non multiplicantur nisi secundum materiam. Minor vero; quia materia non est in Deo. *Secundo* ex parte processionum. Deus omnia intelligit, & vult vno & simplici actu: ergo non potest esse nisi vna persona procedens per modum verbi, quae est filius, & vna tantum per modum amoris, quae est Spiritus sanctus. *Tertio* ex parte modi procedendi. Personae procedunt naturaliter: ergo est tantum vnus pater, vnus filius, &c. Probatur consequentia: quia natura determinatur ad vnum. *Quarto* ex perfectione diuinarum personarum. Ex hoc est perfectius filius, quod tota filiatio diuina in eo continetur; ergo tantum vnus est filius, & similiter de alijs personis.

Expositio Textus.

CIRCA secundam rationem lege, quae scribit Ferraricens. in 4. cont. gent. cap. 13. in E princ.

CONTROVERSIA VNICA.

De efficacia rationum Diui Thomae.

Sententia Doctorum.

SCOTVS in 1. dist. 7. q. 2. quatuor praedictas rationes rejicit ut falsas, vel insufficientes, cuius sententiam & argumenta refert, & approbat Rada controu. 9. a. 2. Eandem opinionem sequitur Val. liberè pronuncians primam rationem non esse valde firmam; secundam ut-

A cumque congruentem, non tamen necessariam: tertiam, difficulter concludere: quartam denique ostendere aliquam congruentiam. Et addit concl. huius a. non nisi Theologicè probari posse, posito ut certo, quod in diuinis per actum intellectus vnica persona procedit, & similiter vna per actum voluntatis, quod etiam prius asseruerat Molina. Primam rationem acriter impugnant Scotus & Aureolus in 1. dist. 7. q. 2. a. 1. quorum argumenta numero plurima refert & soluit Capreol. eadem dist. quaest. 2. art. 2.

Pro defensione dictarum quatuor rationum supponenda sunt primò, quae de singularum sensu & efficacia scribit Caiet. post Capr. quos sequitur Torres super hoc artic. & Ferrar. 4. cont. gent. c. 13. *Refolatio. Rationes D. Th. fides non innititur, & necessario concludere.*

Secundo obseruandum est rationes praedictas propriè loquendo fidei non inniti, ut arbitratur Molina; non enim ex fide creditis robur trahunt, sed ex principijs tantum notis lumine naturali Metaphysico in re diuina, quibus accedit subiectam materiam esse naturalem vel supernaturalem. Nam prima procedit ex diuina immaterialitate, quam naturaliter nouimus Deo secundum omnia eius intrinseca conuenire. Secunda ex diuina simplicitate & perfectione in operando: quae pluralitatem actuum intellectus & voluntatis non admittit. & similiter quarta. Tertia verò ex intrinseco primi entis modo, summa scilicet in intelligendo & amando respectu sui necessitate & naturalitate procedit; quae omnia probat Philosophus naturali lumine Deo conuenire. Itaque supposita duplici personarum in Deo processione, deducitur non ex fide, quae bina creditur in Deo processio, sed ex communibus iam dictis principijs rationi naturali perspicuis, plures quam duas in Deo non emanare personas. Quamobrem, ut ante diximus, rationes istae propriè loquendo non innituntur fidei, neque immediate, neque mediate, sed in materia fidei per accedens illis subiecta suae robor efficacitatis exerceant. Et quoniam singula in dictis rationibus assumpta Deo secundum eius intrinseca conueniunt necessariò simpliciter; idcirco statuitur haec ut certa.

CONCLVSIO. Quatuor huius articulationes necessariae, & demonstratiue probant actus notationales ad plures personas non posse terminari.

CONTRA concl. argumentatur Val. *Primo* obiecti contra primam rationem. Possibile est formas subsistentes sine materia multiplicari numero; ergo. *Resp.* falsum esse antec. naturaliter loquendo. Constat autem omnia Deo ad intra siue secundum se congruentia illi naturaliter & necessariò conuenire. *Secundo* negatur antecedens etiam de potentia Logica loquendo.

Secundo contra secundam rationem. Actus ille est simpliciter infinitus; ergo non obstat quo minus esset intelligibile plures personas per eum produci. Probatur consequentia; quia non posset in pluribus personis maior esse perfectio, quam sit in illo vno actu diuino. *Resp.* Soluit. nullam esse conseq. Ad probationem negatur sequela, committitur enim fallacia secundum non causam ut causam. Ratio enim cur actus, verbi gratia generationis, non possit ad plures personas terminari, non est quia esset maior in personis procedentibus perfectio, quàm in illo vno actu: sed ea est, quam affert Cai. quia scilicet ubi est vnum tantum intelligere & dicere ad-

adaequatum illi, ibi non est nisi vnum dicere & vnum verbum; superflueret enim aliud dicere & aliud verbum.

Obiect. 3. Tertiò contra tertiam rationem. Quod agit ad vnum determinatè, potest nihilominus per vnâ actionem plura numero producere, vt patet in animantibus aliquibus, quæ vna actione naturaliter quidem, sed plures filios generant; ergo. *Solut.* *Resp.* falsum esse antec. vniuersaliter sumptum. Quod si ad agentia creata limitetur, negatur sequela, eo quod effectus siue termini per actionem creaturæ producti materialiter possunt distingui, non autem terminus actionis diuinæ, vt prima ratio probat, quam præsupponit hæc tertia, cum explicatione Cai. Et præterea singuli non adaquantur actui, sicut verbum diuinum.

Obi. 4. Quarto contra vltimam. Si plures filij cõuenissent in eadem numero natura, sicut iam cõueniunt plures personæ: quilibet eorum potuisset esse perfectissimus, propter identitatem in tertio, & nihilominus distinctus ab alio; ergo. *Solut.* *Resp.* non esse possibile plures filios in eadẽ numero natura conuenire, vt supponit arguens. Id autem esse impossibile conuincit hæc quarta ratio, cuius vim exprimit Cai.

Obi. 5. Contra eandem concl. argumentatur Rada, & primò contra primam rationem affert argumẽta Scoti, iam antea à Capr. & Cai. soluta. Ex quibus hoc est principium. Si vera est illa maior, nimirum formam eiusdem rationis non multiplicari nisi per materiam, sequitur omne formam immaterialem esse implurificabilem. Id verò falsum esse sic ostendit. Nam formam aliquam immaterialem non posse plurificari, potest ex duplici capite dimanare: primo; quia ipsa de se & ratione suæ quidditatis est vna numero & singularis, sicut Deus: secundò; quia ipsa forma singularis habet in se totam entitatẽ illius formæ intensiue & extensiue, sicut Sol. Primo modo non potest intelligi extra Deum; quia ex ipso sequitur repugnare omnino, & implicare contradictionem, quod forma specifica in Angelis plurificetur realiter. Quod esse falsum sic probat: Quia, tunc sicut non stat cum conceptu hominis, quod concipiatur irrationalis, vel cum conceptu Dei, quod concipiatur tanquam indifferens ad plures Deos: ita nõ flaret cum conceptu talis speciei, quod concipiatur vt plurificabilis numero: quod non est probabile. Si verò detur secunda causa & intellectus propositionis, sequitur naturam specificam Michaelis de se non esse hanc & singularem: ergo non repugnat ei contradictoriè nõ esse hanc, vel non esse in hoc singulari; ergo per Dei potentiam poterit natura illius poni in alio singulari à Michaelē, & ita maior erit falsa.

Solut. *Resp.* ex vtraque causâ veram esse dictam maiorem. Ad primâ impugnationem admitto implicare contradictionem naturam Angeli specificam plurificari realiter. Ad probationem in contrarium dico primò non esse simile, nec eandem esse rationem, quod homo concipiatur irrationalis, & quod Angelus concipiatur plurificabilis. Nam licet Angelicæ naturæ, prout in se est, & prout est in intellectu concipiente illam prout in se est, repugnet plurificari, sicut homini repugnat esse irrationalis, quatenus tamen ab humana mente concipitur ad modum quidditatis rei sensibilis per abstractionem à conditionibus indiuiduantibus, specificam sortitur vniuersalitatem, & illi vt sic conceptæ non repugnat plurificari; cõ-

Naz. in 1. part. D. Th. tom. 2.

stat autem ad hominem à quocunque & quomodocunque; conceptum non sequi irrationalitatem. Et ratio differentie est; quoniam vniuersalitas prædicationis est communis conditio cuiuslibet quidditatis, etiam diuinæ ab humana mente conceptæ, ob dictam causam; quia scilicet concipitur ad modum quidditatis rei sensibilis. De quare legendus est D. Thom. suprag. 13. a. 9. & Caiet. ibi, & de Ente & Essentia cap. 5. q. 9. Ex quo patet falsum esse quod ait Rada, non stare cum conceptu Dei, quod concipiatur vt indifferens ad plures Deos. Ad impugnationem secunde causæ negatur consequentia. Nam, si forma singularis habet in se totã entitatem formæ intensiue & extensiue, & sit per se & naturaliter per se subsistens abstracta ob omni receptiuo, sequitur etiam illam esse de se hanc & singularem, & illi repugnare non esse hanc.

Contra secundam rationem assumit cum Scoto propositionem falsam, & in primo huius articuli confutatam, nimirum per omne dicere exprimi aliquod intelligere; sed tamen (inquit) intelligere paternum, prius est quàm dicere, ex quo sic arguit. Cum vnitatē prioris, stat pluralitas posterioris. Ergo ex vnitatē actus intelligendi in formali consequentia, non sequitur vnitatis actus dicendi. *Resp.* primò intelligere Patris vt sic esse idem quod dicere formaliter, quia sic est notionale. Secundò falsum esse cum vnitatē prioris stare pluralitatem posterioris, quãdo posterius est adaquatum priori, & eiusdem simplicitatis est, perfectionis & essentia cum priori, sicut in proposito, intelligere Patris & dicere sunt adaquata. Ferrar. alio modo soluit idem argumentum in 4. cont. gent. cap. 13. circa principium.

Secundò. Intelligere paternum absolute consideratum, prout est commune tribus, est forma quædam absoluta, & non actio alicuius termini productiua, sicut dicere est actio productiua verbi. Ergo non sequitur consequentia formali, quod si est vnicum intelligere, sit vnicum & dicere. *Resp.* intelligere Patris idem esse adaquatè quod dicere, quia intelligere Patris vt sic non est intelligere absolute, sed intelligere exprimendo: & de intelligere sic sumpto, loquitur secunda ratio D. Th. quia loquitur de intelligere, per quod procedit verbum: hoc autem est intelligere patris vt sic.

Tertiò. Non est bona & formalis hæc consequentia. Est vnica essentia; ergo vnica productione communicatur. Ergo similiter non est hæc formalis consequentia. Est vnicum intelligere; ergo vnicum dicere. Probatur sequela; quia sicut essentia, cum sit vnica, communicatur pluribus productionibus, ita & intelligere posset aliquis affirmare, quod communicaretur per plura dicere, & per illam rationem conuinci haud posset. *Resp.* falsam esse sequelam. Ad eius probationem negatur antecedens: Nam productiones quibus communicatur essentia non sunt eiusdem rationis formalis, & ideo possunt esse plures dicere verò vnus est rationis formalis, & ideo non potest multiplicari. Secundo dico intelligere, prout est patris, non esse commune sicut essentia, sed proprium patris.

Quarto contra tertiam rationem argumentatur. Vna natura numero potest esse principium plurium productionum eiusdem rationis; ergo licet natura determinetur ad vnum,

Ecce non

non sequitur quod ibi sit tantum vna productio. Antecedens probatur; quia idem homo plures producit filios, & vnus sol plures effectus efficit. *Resp.* antec. verum esse de productionibus vniuocis in natura materiali, non autem in natura immateriali qualis est diuina.

solus.

obi. 10.

solus.

Quintò. Naturam determinari ad vnum non est determinari ad vnicam productionem, & vnicum productum, sed non esse indifferentem ad opposita: sed ex hoc non concluditur vnitas productionis vt patet; ergo. *Resp.* falsum esse antec. loquendo de vna productione, & vno producto formaliter secundum vnum modum, vt hic explicat Caiet.

Et ex his patet etiam responsio ad alias cauillationes eiusdem authoris contra aliam rationem allatam ex S. D. quia scilicet fecunditas ordinata ad generationem filij, exhauritur in vnus filij generatione. Dicitur enim exhauriri patris fecunditas in vnus filij generatione, ob supradictas causas; quia scilicet vnicum verbum, & filius adæquat diuinam intellectiōnem & generationem: & quia continet omnem rationem filiationis ob infinitam sui perfectionem &c.

QVAESTIO XLII.

De aequalitate & similitudine diuinarum personarum ad inuicem, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de comparatione personarum ad inuicem.

Et primò quantum ad aequalitatem, & similitudinem.

Secundò quantum ad missionem.

Circa primum queruntur sex.

Primò, Vtrum aequalitas locum habeat in diuinis personis.

Secundò, Vtrum persona procedens sit aequalis ei, à qua procedit secundum eternitatem.

Tertiò, Vtrum sit aliquis ordo in diuinis personis.

Quartò, Vtrum personae diuinae sint aequales secundum magnitudinem.

Quintò, Vtrum vna earum sit in alia.

Sextò, Vtrum sint aequales secundum potentiam.

Ordo articulorum huius questionis.

DISSERIT A. D. in 1. a. de aequalitate diuina cōmuniter sumpta, de qua tres definit quæstiones, videlicet an sit, quomodo sit, & quid sit. Deinde quærit in speciali de aequalitate secundum eternitatem personarum procedentis, respectu eius à qua procedit: tū quia eternitas est esse Dei vt vniforme quod primò in Deo consideratur: tum etiam quia magis obuia & patetior est difficultas hæc, ijs quæ sequentibus tangebuntur articulis. Tertiò excludo ordine durationis à diuinis personis consequenter quærit de ordine naturæ. Posita namque durationis aequalitate, statim occurrit dubitandum de ordine naturæ, quo vna persona est ab altera; hunc enim ordinem excludere videtur aequalitas eternitatis. Et quoniam hoc ordine magnitudinis siue perfectionis aequalitas in natura videtur excludi, idcirco quærit in articulo quarto, an filius sit aequalis patri secundum magnitudinem. Et quia magnitudo diuinarum personarum est naturæ perfectio, quæ in tribus est vna, & ab vna veluti principio deriuatur ad

aliā, vt dicitur in articulo tertio: & secundū hæc addito etiam relatiuo respectu originem cōsequente vna persona dicitur esse in alia: idem consequenter quærit in articulo quinto, vtrū filius sit in patre, & cōuerso. Postremò quærit de aequalitate secundum potentiam, quæ consequitur essentiæ perfectionem, & magnitudinem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aequalitas locum habeat in diuinis.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod aequalitas non competat diuinis personis, aequalitas enim attenditur secundum vnum in quantitate, vt patet per Philosophum 5. Metaph. In diuinis autem personis non inueniuntur, neque quantitas continua intrinseca, quæ dicitur magnitudo: neque quantitas continua extrinseca, quæ dicitur locus & tempus: neque secundum quantitatem discretam inueniuntur in eis aequalitas, quia duæ personæ sunt plures quàm vna. Ergo diuinis personis non conuenit aequalitas.

2. Præterea. Diuina personæ sunt vnus essentia, vt supra dictum est. Essentia autem significatur per 39. art. 2. modum formæ. Conuenientia autem in forma non facit aequalitatem, sed similitudinem. Ergo in diuinis personis est dicenda similitudo, & non aequalitas.

3. Præterea. In quibusvis inueniuntur aequalitas, illa sunt sibi inuicem aequalia: quia aequalis dicitur aequali aequali. Sed diuina personæ non possunt sibi inuicem dici aequales. Quia vt Aug. dicit 6. de Trinit. Imago, si perfecte implet illud cuius est imago, ipsa coaquantur ei: non illud imagini suæ, imago autem patris est filius. Et sic pater non est aequalis filio. Non ergo in diuinis personis inueniuntur aequalitas.

4. Præterea. Aequalitas relatio quadam est: sed nulla relatio est communis omnibus personis, cum secundum relationes personæ ab inuicem distinguantur. Non ergo aequalitas diuinis personis conuenit.

Sed contra est, quod Athan. dicit, quod tres personæ coeternæ sibi sunt, & coequales.

Respondetur dicendum, quod necesse est ponere aequalitatem in diuinis personis. Quia secundum Philosophum in 10. Metaph. aequalis dicitur quasi per negationem minoris, & maioris. Non autem possumus in diuinis personis ponere aliquid maius & minus. Quia vt Boet. dicit in lib. de Trinit. eos differentia, scilicet licet deitatis comitatur, qui vel augent vel minuant, vt Arriani, qui gradibus numerorum trinitatem variantes distrabunt, atque in pluralitatem deducunt. Cuius ratio est: quia inequalium non potest esse vna quantitas numero. Quantitas autem in diuinis non est aliud quàm eius essentia. Vnde relinquitur, quod si esset aliqua inequalitas in diuinis personis, quod non esset in eis vna essentia. Et sic non essent tres personæ, vnus Deus. Quod est impossibile. Oportet igitur aequalitatem ponere in diuinis personis.

Ad primum ergo dicendum, quod duplex est quantitas, vna scilicet quæ dicitur quantitas modus, vel quantitas dimensura, quæ in solis rebus corporalibus est. Vnde in diuinis personis locum non habet. Sed alia est quantitas virtutis, quæ attenditur secundum perfectionem alicuius naturæ, vel formæ. Quæ quidem quantitas designatur secundum quod dicitur aliquid magis vel minus calidum, in quantum est perfectius vel minus perfectum in tali caliditate. Huiusmodi autem quantitas virtualis attenditur primò quidem in radice, id est in ipsa perfectione formæ, vel

744